

DECRETORVM

SEU

ARTICVLORVM ALIQVOT

PRISCORVM VNGARIÆ REGVM,

AD CONTEXTVM BONFINII ILLV-

strandum, forique Pannonici vsus

necessariorum,

LIBER;

Nunc denuò typis proditus.



HANOVIAE

Typis Wechelianis, apud Claud. Marnium
& hæredes Ioannis Aubrii.

M. DC. V.

Cum priuilegio Cæs. Maiest. ad decennium.

MS 22912

SECRETORVM

SECRETORVM


SECRETORVM

SECRETORVM

SECRETORVM

SECRETORVM

SECRETORVM



SECRETORVM

SECRETORVM

SECRETORVM

SECRETORVM

SECRETORVM



LECTORI SINCERO, AC
VETVSTATIS AMANTI. S.



*N*Bonfinii his narrationibus, consiliorum publicorum decretorumq; frequens occurrit memoria: cumq; nemini sit obscurum, de responsis, legibus, statutis, sanctionibus, nouellis rescriptis cuiusuis aetatis, tēporum, Rerumq; pub. normam, & regionum faciem deprehendi: profero & ipse aliquot potiorum Regum Vngariae articulos, seu cōstitutiones, ad illustrāda multa historiarum

loca, eorumq; seculorum representandam formam: quorum & lectio multis grata erit, adeoq; editio à nostris causarum patronis fuit pridē desiderata. Quod enim ad reliquos articulos, ad Maximil. II. vsque pertinet: hoc est, quibus penè singulis annis vel additur, vel aliquid demitur, iustum volumen debetur, neque ad Bonfinii pertinent pronunciationes, sed fori atq; iudiciorum Regionum potius disceptationes. Quod si fortè lector vel formulis inusitata, vel prima rudisq; religionis suscepta zelo nonnulla, ne dicam superstitione, adspersa, quæ ne Clero ipsi vsquequaq; hodie satisfecerint, occurrerint, nemini præiudicium fertur, nec religio importatur: quisq; dumtaxat ut historica accipiet. Vale, & quidquid hoc auctario comparuerit: in primis erudito Antistiti Vaciensi, Zachariae Mossenio, consiliario Cæsaris, auctori, & cohortari acceptum feras: cuius monitis, ac subsidio, huius argumenti reliqua, breuissè paratim, suoq; loco prodibunt.

Vienna Kal. Decemb. 1580.

ALIQVOT INSOLENTIVM VOCVM IN ARTICVLIS PANNONICIS

INTERPRETATIVNCVLÆ

SAMBVCICI.

A.

AGAPE, *elemosyna confraternitatum.*

Allodium, *res propria, vectigalis tamen.*

Auifare, *significare.*

B.

Banderium, *cohors 400. militum.*

Banus, *præses Regius in regnis Vngariæ adiunctis, qui vexillo alios omnes præit.*

Bansolmora, *marturinatorum pensio olim.*

Biccelli, *hastula amentata.*

Brachium *seculare, gladius civilis.*

Breuia, *circa festum Georgii iudicia curtarum, & liquidiorum causarum.*

C.

Calculatio, *inquisitionis communis testium supputatio.*

Calendæ, *sodalitates ad pias causas.*

Cambuca, *pastoralis claua: aliud est cambucca.*

Cancellarius aulicus, *qui sequitur principem*

Cancellarius summus, *Regis personæ præsentia, cuius vicarius est personalis præsentia.*

Capetiæ, *quindena, aliàs aceruuli manipulorum frumentariorum.*

Caucarii, *testes obducti, falsi.*

Comes liber, *ut Fregipani, Vrsini, Veglii, &c. hoc est, Lunii, Blagai, &c.*

Comes parochialis, *præses paræciæ seu Comitatus.*

Condensio, *citatio irrita, vel litis in alios translatio.*

Coniurati, *qui simul iurarunt testes.*

Conseruatorium, *sacristia.*

Continium, *gratuita ad fines muniendos opera, & militum submissio.*

Corpora, *collegia sacra.*

Cribriones, *in Zala executores, ac ministri iuridici.*

Curia, *tabula, seu iudicium Regium.*

D.

Depilare, *ad dedecus radere: decoriare, loris cadere fortè.*

De plano, *citra ambages, & processus.*

Dica, *exactio publica.*

Dignitates, *officiolatus, munia publica.*

E.

Educillare, *vinum, & vasa delinire, & vendere sub hedera.*

Effectui quid mancipare, *iudicatum facere.*

Eipericus, *asturco, pullus equitii generosi.*

Emanare, *edi, exire literas.*

Emendare equum, *licitari, emptitare.*

Emenda linguæ, *eius lapsus onus, liberatioq;.*

Eo facto, *statim, extunc.*

EuiCTOR, *qui cauet alicui ab onere, vel expedit.*

Euocare, *in ius vocare.*

Exercituari, *castra sequi, conscribere militem.*

Exdomarii, *sine domibus, & foris versantes.*

Expeditior, *qui liberat ab onere.*

Expressata, *expressa.*

Ewœck,

Ewœck, oppidani, vel villani.

Ewrii, finium olim custodes, viarum-
que obseruatores.

F.

Fatigiæ, labores.

Ferton, 84. denarii Vngarici. aliud
verton.

Fidefragium, periurium.

Formata, clericatus litera.

Forenses, exteri, vel nundinatores.

G.

Gallicia, Valachia.

Gentes, milites, exercitus.

Gianisco, generosus, Neapolitanus e-
quus.

Gialnisco, marathana, claustra, pi-
scatoria.

Grossus, nunc quinque denarii, olim
sex, & 7.

H.

Hydria, metreta frumentaria inter-
dum liquidorum, & vini. Væder.

I.

Immediatè prout, id est, paulò antè.

Iocalia, gemmata monilia.

Ioccerdegh, furtorum collectores.

Iudiciaria deliberatio, iudicatum.

Iudicium ferri, loco iuramenti ad cã-
dens ferrum examen, ut aqua, ad
aquam, credo, feruentem.

Iudices ordinarii, ut Palatinus, Iu-
dex curiæ, Cancellarius, vel eius-
dem personalis præsentia.

Iudices nobilium, Zolgabyro, vel
quatuor delecti in Comitatu ad ius
persequendum.

K.

Kalende, sunt collationes ad pias cau-
sas, quas confraternitates loco sacro
spontè destinarunt.

L.

Larua, persona ficta, obducta ad fal-
lendum iudicium.

Legæ, gradus, bonitasq; metallorum.

Litigiosa, controuersa bona.

Literatoriè, in scriptis.

Locumtenens regius, pro Rege, ut
palatinalis, pro Palatino.

Loca testimonialia, Conuentus, Ca-
pitula.

M.

Magister, iudex, vel protonotarius
iuridicus.

Magnus Schenescalcus, præfectus
palatio.

Manus, pro teste aliquando.

Manfiones, loca sessionum.

Mastigiæ, seruales multa, & facinora,

Mega, regio, districtus, Comitatus.

Mercipotus, pignus contractus, vel
emptionis.

O.

Octauæ, sunt conuentus iuris dicen-
di octo diebus ante Georgii, & Mar-
tini diem: nunc Luca.

P.

Palatinus, summus regni curator vi-
carius, qui præfert coronam Princi-
pi, Strigoniensem subsequens.

Palliare, fucum facere, leuiter excusa-
re.

Passagia, telonia via.

Persona regia, ut nobiles possessiona-
ti, & notarii regii, ad executiones
missi.

Per primitionem, peremptoriè.

Pisetum, ius Strigoniens. in urbibus
aurariis.

Polyedro, tenellus equus, indomitus.

Populosa domus, habitata.

Postergare, reuicere, negligere.

Possessionatus, habens bona solo.

Possessionum ius, ut castrorum, op-
pidorum.

Prædium, nobilitaris locus desertus.

Prædiolum, curia nobilitaris, vel sex
colonorum.

- Pristaldi, *executores iudicũ nobiliũ.*
 Proclamato congregatio, *olim iudicium in Zala, rigidum, & paucis diœcesibus.*
 Protocolum, *libri publici, & auctoritates.*
- R.
- Rakos, *campus ad pestum regie electionis, & pro diata generali.*
 Ramia, *Božna.*
 Restollare, *retardare, impedire.*
 Reuisio, *ætatis pupillorum census in capitulis.*
- S.
- Sarkas, *iudex olim sic dictus, in Somogh.*
 Schinderling, *vilis promiscua moneta genus.*
 Se, *met, ut decimus se, decimus met iurat.*
 Siginor, *dominus.*
 Solatium facere, *benefacere suis ex sacris redditibus.*
 Subaratio, *annulo pactum matrimonium.*
 Supportare, *alicui parcere in onere.*
 Synodus, *Cleri conuentus.*
- T.
- Tenuta, *telonia, grauamina itinerũ.*
 Terragium, *pensio, ius fundi.*
 Taxa, *pensio pro literis editis, item annata Romana, ut fortè hodie solunt Prælati:*
- | | |
|------------------|-------|
| <i>Agriensis</i> | 4000. |
| <i>Zagrab.</i> | 2400. |
| <i>Nitrien.</i> | 275. |
| <i>Vacien.</i> | 500. |
| <i>Vesprin.</i> | 900. |
| <i>Iaurien.</i> | 800. |
- Tinnien. 150.
 Strigonien. ad 7000. ducatorũ.
- Testes collaterales, *quos quis causa mortis, vel absentia in futurum vsum cogit iuramento professos.*
 Thanya, *sinus piscatura, factus vel brachium fluii.*
 Thauenicalia, *iudicia dicuntur de liberarũ ciuitatũ controuersis, que remitti solent ad personalem præf.*
 Transmissio, *causa vltro à Capitulo, vel per appellationem ad tabulam regiam, &c.*
 Trinoforense, *iudicium, olim terna citatione in nundinis contra aliquem, processus iuris.*
 Triumphare, *causam vincere.*
 Trucina, *temeritas, insultatio, pertinacia.*
 Turris manca, *Buda, carcer.*
- V.
- Vada, *itineria, vectigalia.*
 Vadia, *pignorationes.*
 Vagare, *pecus ob damna in satis abigere.*
 Vagus, *seruus fugitiuus, nequam.*
 Vayuoda, *Præses loco Regis, ut in Transyluania, Valachia, &c. gubernator inferior.*
 Vduornicales, *aulici, & ei quiddam obligati.*
 Vulgaris, *colonus, plebeius.*
 Viuaria, *viuctualia.*
 Vicecomes, *districtũ vicarius administrator.*
 Vzбек, *facinorosus sed aliquot diebus liber.*
- W
- Weyz, *locus sagenis aptus, secretusq;.*

*REGVM VNGARIÆ ET ALIO-
rum decreta in hoc libro contenta.*

	Pag.	
S. Stephani I. decretorum lib. II.	1	
S. Ladislai I. decretorum lib. III.	12	
Colomani Regis decretorum lib. II.	22	
Capitula de synodalibus decretis Dn. archiepiscopi Laurentii Strigo- nienfis Metropolitanis & decem suffraganeorum suorum	31	
Andræ II. Regis decretum anno 1222 editum	35	
Belæ IV. priuilegium	38	
Conclusio confirmationis Lodouici I. decretum Andræ Regis con- firmantis.	ibidem.	
Articuli nouiter concepti per Lodouicum I.	39	
Gratia per Sigismundum Imperatorem infidelibus & rebellibus suis facta, &c.	43	
Sigismundi Imperatoris decretum super donationibus possessionum infidelium	45	
Sigismundi decretum Posonii anno 1435 editum	47	
Sigismundi Imp. decretum super modo exercituandi.	58	
Alberti Regis decretum	61	
Ladislai V. regis, Alberti F. decretum	67	
Matthiæ Regis confirmatio sanctionis Andræ R. tempore coronatio- nis	71	
Michaelis Zylagii Gubernatoris Vngariæ decretum	72	
Ioannis Coruini Wayuodæ articuli	74	
Articuli de officio Palatini	75	
Matthiæ Regis decretum	{ primum	76
	{ secundum	78
	{ tertium	82
	{ quartum	85
	{ quintum	88
De vrburis ex vet. codice	113.	

SANCTI STEPHANI PRIMI REGIS HUNGARIÆ DECRETVM

FOELICITER INCIPIT. OBIT 1047.

Ad sanctum Emericum ducem se refert.



QVM cuncta Dei nutu condita, suaq; euidentissima præordinatione disposita, tam in amplitudine coeli, quã in istis aptissimis terrarũ climatibus ratione intelligentiæ funditus sentiam vigere, atque subsistere: cumq; affatim vniuersa huius vitæ vtilitati, dignitatiq; gratia Dei concessa, scilicet Regna, Consulatus, Ducatus, Comitatus, Põtificatus, cæterasq; dignitates, partim diuinis præceptis atq; institutis, partim legalibus, partim iuridicialibus, siue iurisdictionibus, partim civilibus, ac nobiliorum, etateq; prouectorum, consiliis, suasionibus regi, defendi, diuidi, coadunari videam: & cum omnes ordines vbiq; terrarum, cuiuscunq; sint dignitatis, nõ solũ satellitibus, amicis, seruis, præcipere, consiliari, siue consulere, suadere, sed etiam filiis pro certo sciã: Tunc me ne pigeat, fili amabilissime, hac vita comite, tibi documenta, præcepta, consilia, suãsiones parare, quibus tuę vitę mores, tibiq; subiectorum exornes, quandoque summa concedente potentia post me regnabis. Te autem studiosẽ adhibita audiẽtiã patris præcepta, iuxta diuinæ sapientiæ suãsum, cõdecet obseruare, dicẽtis per õs Salomonis: Audi fili mi patris tui disciplinam. & ne dimittas legem matris tuę, vt multiplicẽtur tibi anni vitę tuę. Ex hac ergo sentẽtia animaduertere poteris, si ea, quæ paterna pietate tibi præcipio, contempseris (quod absit) quòd iam amplius amicus Dei & hominum non eris. Audi verò inobediẽtiã præuaricatorum præcepti, casum & præcipitium. Adam quidem, quem Dominus cõditor, totiũsq; creaturæ plasmator, ad suam formauit similitudinẽ, eũque vniuersalis fecit hæredem dignitatis, vinculum fregit præceptorum, statimque dignitatum sublimitatẽ, ac mansionem paradyfi perdidit. Antiquus quoque populus à Deo electus & dilectus, quia ligamina mandatorum digitis Dei condita, disiecit, idcirco diuersis interit modis, partem quidem terra deglutiuit, partẽque exterminator mortificauit, & pars inuicem se interfecit: filiũque Salomonis, abiiciens pacifica verba patris, ac superbia elatus, minatus est populo percussiones frameæ, pro mastigiis, idcirco multa mala passus est in regno, & ad vltimum deiectus. Hoc tibi ne accidat, obedi fili mihi, puer es, diuitiarum vernula, puluinaris accola, fetus, educatũque in deliciis cunctis, totius expeditionum laboris atque diuersarum gẽtium incurSIONIS expers, in quibus ego iam ferẽ totam meam contriui ætatem, iam tempus adest, in quo tibi non semper puluinar mollitiẽ, quæ te hebetem & delicatum reddant, adhibendæ sunt, quod est dissipatio virtutum, & vitiorum fomentum, atque contemptio mandatorum, sed interdum asperitas tribuenda est, quæ tuam intelligentiam ad ea, quæ præcipio, reddant attentam. His itaq; præfatis redeamus ad propositum.

Capitulum i. De obseruanda catholica fide.

QVONIAM ad Regalis dignitatis ordinem non oportet nisi fideles & catholica fide imbutos accedere, idcirco sanctæ fidei in nostris mandatis primũ damus locum: in primis præcipio, cõsulo, suadeo, fili charissime, si regalem cupis honestare curiam, vt fidem catholicam, & apostolicam, tali diligentia & custodia cõserues, vt omnibus tibi à Deo subiectis exemplum præbeas, cunctiq; Ecclesiastici filii meritò te verum Christianæ professionis nomenclaturũ, sine qua (pro certo sciã) Christianus non diceris, vel Ecclesiæ filius. qui enim falsẽ credũt, vel fidem in bonis nõ implent, & ornãt operibus (quia fides sine opere moritur) nec hic honestẽ regnãt, nec æterno regno vel corona participantur. Si vero statũ re-

† coniu-
tionem.

tes fidei, habes etiã galeas salutis. his quidem armamentis contra inuisibiles & visibiles legitimè dimicare poteris inimicos. nã ait Apostolus: Nõ coronabitur, nisi qui legitimè certauerit. Fides ergo de qua loquor hæc est: vt patrem Deũ omnipotentẽ, factorem totius facturæ, & vnigenitum eius filium, dominum nostrum Iesum de Maria virgine, Angelo annunciante, natum, & pro totius mundi salute, in crucis patibulo passum, & Spiritũ sanctum, qui per Prophetas, & Apostolos, & Euangelistas locutus est, vnã Deitatem perfectam, indissolubilem, incontaminatã esse firmiter credas, & sine omni ambiguitate teneas. Hæc est fides catholica, quã sic Athanasius dicit: Nisi quis fideliter, firmiterq; crediderit, saluus esse non poterit. Si aliquando infra tuã inueniantur potentiam (quod ab- 10
sit) qui hanc† collationẽ sanctæ Trinitatis diuidere, vel minuere, siue augere conãtur, hos ipsos scias esse hæresiarchæ feruos, & nõ sanctæ Ecclesiæ filios. Tales verò nec nutrias, nec defendas, ne tu etiã videaris inimicus & vltor. huiusmodi n. viri sanctæ fidei filios omnino reddũt morbosos, & istã nouellã sanctæ Ecclesię plebẽ miserabiliter destruunt, ac etiã dissipabunt. hoc ne fiat, principaliter cura.

Cap. 2. De continendo Ecclesiastico statu.

IN Regali quidem palatio post fidem Ecclesia secundum tenet locum, à capite nostro scilicet Christo Ecclesia prius seminata, deinde per eius mēbra, vtique Apostolos, sanctosq; patres transplantata, & firmiter ædificata, atq; per totũ orbem diffusa, & quamuis semper nouã habeat prolem, in certis tamen locis, quasi 20
antiqua habetur. Hæc autẽ fili charissime in nostra monarchia adhuc quasi iuuenis, & nouella prædicatur, atq; idcirco cautioribus, euidētib; q; eget custodiis, ne bonum, quod diuina clementiã per suam immēsam clementiã nobis cõcessit immeritis, per tuam desidiam & pigritiam atque negligentiam destruat & annihiletur. Nam qui minuit aut sc̄dat sanctæ Ecclesiæ dignitatem, ille Christi corpus mutare nititur. Ipse enim Dominus dixit Petro, quem custodem, Magistrumq; eidẽ posuit sanctæ Ecclesiæ: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiã meam; seipsum quidem nominabat petram, nõ lignẽã, vel lapideam super se ædificatam Ecclesiam dixit, sed populum acquisitionis, gentem electã, diuinam gregem, fide doctam, baptisate lotam, chrismate vn- 30
ctam, sanctam super se ædificatã Ecclesiã dixit, & appellat. Si quis infœlix huius sanctæ Ecclesiæ membra, vel paruulos sc̄dalizat, iuxta Euangelii præceptũ dignus est, vt mola suspendatur asinaria in collo eius, & demergatur in profundũ maris, id est, eiiciatur de potestatis dignitate, & maneat extra Ecclesiã iustorum, in illa mũdiali miseria, sicut ethnicus & publican⁹. Ac per hoc fili mi feruẽti studio debes inuigilare in sancta Ecclesia, de die in diem, vt potius capiat augmẽtũ, quã detrimentum patiat: inde quidem in primis Reges Augusti dicebãtur, quia augebãt Ecclesiam. Hoc & tu facias, vt tua corona laudabilior, & vita beator, & prolixior habeatur.

Cap. 3. De impendendo honore pontificibus.

REGIVM folium ornat ordo pontificum, ac per hoc in Regali dignitate tertium possident locũ pōtices, charissime fili: seniores illos ita custodias, sicut oculorum pupillas. Si illorum beneuolẽtiã habes, neminem aduersariorum timebis. Illis quidẽ te obseruantibus eris securus in omnibus; illorũ precatio cõmẽdabit te omnipotẽti Deo. Illos enim Deus diuini generis cõstituit custodes, fecitq; speculatores animarũ, ac totius Ecclesiasticæ dignitatis, ac diuini sacramenti dispositores, & datores. Sine. n. Illis nec constituuntur Reges, nec principantur; per illorũ interuentũ delicta delentur hominum. si illos perfectẽ amas, te ipsum sine dubio sapias, tuumq; regnũ honorificẽ gubernas. In manus. n. illorum posita est potestas ligãdi nos in peccatis, & à peccatis soluẽdi. Testamẽtum 50
vero sempiternũ statuit illis Deus, eosq; segregauit ab hominib; & sui nominis, atq; sanctitatis fecit participes, & ab humano die interdixit reprehẽdẽdos esse, per David deificũ Regẽ: Nolite tãgere Christos meos, &c. Ille enim tãgit Christos Dei, qui contra diuinum, atq; Canonum institutum, sacri ordinis viros falsis criminibus sc̄dat, atq; in publicum protrahit. Quod te omnino, fili mi, agere p-
hibeo.

hibeo, si vis beatus viuere, & tuum regnum honestare: quia in his rebus in primis offenditur DEVS. si accidente casu, culpa, reprehensione digna, super aliquem horum, de quibus sermo est, ceciderit (quod absit) corripe eum, ter, quater inter te, & ipsum solum, in xta præceptum Euangelii. Si tunc secrete renuerit audire monita, adhibenda sibi sunt publica secundum hæc: Si te non audierit, dic Ecclesiæ. Nam si tu ordinem seruabis, gloriam, tuam penitus exaltabis coronam.

Cap. 4. de honore Principum & militum.

10 **Q**UARTVS decor regiminis est fidelitas, fortitudo, agilitas, comitas, confidentia Baronum, Comitum, militum; illi enim sunt Regni propugnaculum, defensores imbecillium, expugnatores aduersariorum, augmentatores monarchiarum. Illi enim tibi, fili mi, sint patres, & fratres. Ex his verò neminem in seruitutem redigas, vel seruum nomines, illi tibi militent non seruiant, eorum omnibus sine ira & superbia atque inuidia pacificè, humiliter, mansuetè dominare, memoria retinens semper, quod omnes homines vnus sunt conditionis, & quod nil eleuat nisi humilitas, & nihil deiicit nisi superbia, & inuidia. Si eris pacificus, tunc diceris Rex, & Regis filius, atq; amaberis à cunctis militibus. Si iracundus, superbus, inuidus, impacificus, super Comites & Principes ceruicem erexeris, sine dubio fortitudo militum hebetudo erit Regalium dignitatum, & alienis tradent regnum tuum. Hoc timens cum regula virtutum dirige vitam Comitum, vt tua dilectione
20 angulati, semper Regali dignitati adhæreant inoffensi, & vt tuum regnum per omnia sit pacificum.

Cap. 5. de obseruatione iudicii & patientia.

PATIENTIÆ iudicii obseruatio, quinta Regalis coronæ est ornatio. Dauid Rex atq; Propheta dicit: Deus iudicium tuum Regi da. Et idem alibi: Honor Regis iudicium diligit. De patientia Paulus Apostolus loquitur: Patientes estote ad omnes: & Dominus in Euangelio: In patientia vestra possidebitis animas vestras. Ad hoc tende, fili mi; si vis regni habere honorem, dilige iudicium; si animam tuam possidere vis, esto patiens. Quotiescunque, fili charissime, causa digna iudicari ad te venerit, vel aliquis capitalis sententiæ reus, noli impatienter portare, vel cum
30 iuramento firmare, illū punire, quod instabile & fragile debet esse, quia stultavota frangenda sunt, vel per te ipsum diiudicare, ne tua Regalis dignitas vsurpatione inferiorum negociorū foedetur; sed potius huiusmodi negocium ad iudices mitte, quibus hoc commissum est, quod ipsi secundum suam hoc discernant legem. Tūc esse iudex gaude, verè Rex esse, & nominari. Reges verò patienter regnant; impatientes vero tyrannizant, quando quidem aliquid, quod tuæ venit ad iudicandum dignitati, tibi venerit, cum patientia & misericordia siue miseratione hoc iudica, vt tua corona laudabilis sit & decora.

HONOR REGIS:
hac inscriptione Andreas Rex monetis commonebat.

Cap. 6. De detentione & nutrimento hospitem.

40 **I**N hospitalibus & aduentitiis viris tanta inest utilitas, vt dignè sexto in Regalis dignitatis loco possit haberi, vnde in primis Romanum creuit Imperium, Romaniq; reges sublimati fuerunt, & gloriosi, nisi quod multi nobiles, & sapientes, ex diuersis illac confluebant partibus. Roma vero vsq; hodie esset ancilla, nisi Æneades ipsam fecisset liberam. Sicut enim ex diuersis partibus prouinciarum veniunt hospites: ita diuersas linguas & consuetudines, diuersaq; documenta & arma secum ducunt, quæ omnia Regiam ornant, & magnificant aulam, & perterritant exterorum arrogantiam. Nam vnus linguæ, vnusq; mortalis regnum imbecille & fragile est. Propterea iubeo te, fili mi, vt bona voluntate illos nutrias, & honestè teneas, vt tecum libentius degant, quàm alicubi habitent. Si enim tu destrue
50 re, quod ego ædificauit, aut dissipare, quod congregauit, studueris, sine dubio maximum detrimentum tuum patietur regnum. Quod ne fiat, tuum quotidie auge regnum, vt tua corona ab omnibus habeatur.

Cap. 7. De magnitudine consilii.

IN tribunalibus Regum, consilium sibi septimum vendicat locū: consilio enim constituuntur Reges, gubernantur regna, defenditur patria, componuntur prælia,

Cum iuuenibus & insipientibus non consultandum. sumitur victoria, propelluntur inimici, appellantur amici, ciuitates construuntur, & castra aduersariorum destruuntur. Quando vero consiliis inest utilitas, iam a stultis, & arrogantibus, ac mediocribus (vt mihi videtur) non valent componi viris, sed a maioribus, & melioribus, sapientioribusque, ac honestissimis senioribus exprimi debent, & poliri. Idcirco fili mi, cum iuuenibus, & minus sapientibus noli consiliari, aut de illis consilium quære, sed a senioribus, quibus illud negocium propter ætatem & sapientiam sit aptum. Nam consilia Regum in præcordiis sapientum debent claudi, non ventositate stultorum propagari. Si enim gradieris cum sapientibus, sapiens efficieris; si versaris cum stultis, sociaberis illis, fatente Spiritu sancto, per Salomonem: Qui cum sapientibus graditur, sapientum erit amicus, nec stultorum erit similis. Et Dauid psallit: Cum sancto sanctus eris, & cum viro innocente innocens eris, & cum electo electus eris, & cum peruerso peruerteris. Ad hoc quicquid negocii unicuique conueniat ætati, in hoc se exercent, scilicet, iuuenes in armis, senatores in consiliis: omnino tamen iuuenes non sunt expellendi a consiliis. Quoties verò cum illis consilium inibis, etiam si sit habile, tamè semper ad maiores differas, vt omnes actus tuos norma sapientiæ mensures.

Cap. 8. De executione per filios.

EXECVTIO maiorum in Regali dignitate octauum possidet locum. Regale ornamentum scito esse maximum, sequi antecessores Reges, & honestos imitari parentes. Qui enim antecessorum decreta spernit patrum, diuinas nec procurat leges, peribit. Patres enim idcirco sunt patres, vt nutriant filios, ideoque sunt filii vt obediant patribus: qui patri suo resistit, inimicus Dei consistit. Omnes enim inobedientes Deo sunt resistentes. Spiritus enim inobedientiæ dispergit flores coronæ. Inobediencia enim totius Regni est pestilentia. Propterea, fili charissime, edicta patris tui semper tibi sint promptuosa, vt prosperitas tua vbique Regalibus dirigatur habenis. Mores quidem meos, quos Regali vides conuenire dignitati, sine vinculo totius ambiguitatis sequere. Graue enim tibi est huius climatis tenere regnum, nisi imitator consuetudinis ante regnantium extiteris Regum. Quis Græcus regeret Latinos Græcis moribus, aut quis Latinus Græcos Latinis regeret moribus? nullus. Idcirco consuetudines sequere meas, vt inter tuos habearis præcipuus, & inter alienos laudabilis.

Cap. 9. De obseruatione orationis.

OBSERVATIO orationis maxima acquisitio est Regalis salutis, & ideo totuum & nouaria Regiæ dignitatis, canit Regula. Cõtina oratio est peccatorum ablutio, & remissio. Tu autem, fili mi, quotiescunque ad templum Dei curris, vt Deum adores, cum Salomone filio Regis, & ipse Rex semper dicas: Emitte Domine sapientiam de sede magnitudinis tuæ, vt mecum sit, & mecum laboret, vt sciam quid sit coram te omni tempore. Et iterum: Domine pater, & Deus vitæ meæ, ne derelinquas me in cogitatu maligno, extollentiam oculorum meorum ne dederis mihi, & desiderium malignum meum auerte a me Domine, aufer a me concupiscentiam & animo irreuerenti & infrenato ne tradas me Domine. Hac itaque oratione antiqui vtebantur Reges. Tu quoque hac eadem vtere, vt Deus cuncta vitia a te auferre dignetur, vt inuictissimus Rex a cunctis nomineris. Ora etiam vt desidiam & hebetudinem a te depellat, & supplementum omnium tibi tribuat virtutum, quibus visibiles & inuisibiles vincas inimicos, vt securus, & expeditus ab omni incurfione aduersariorum, cum omnibus tibi subiectis, cursum ætatis tuæ vitæ cum pace possis finire.

Cap. 10. De pietate & misericordia, ceterisque virtutibus.

MODVS virtutum ornat coronam Regum, & in præceptis ponitur decimus. Nam dominus virtutum ipse est Rex Regum: sicut suus exercitus cœlestis plenitudo, in denis consistit horis; sic tuæ vitæ conuersatio in decem persistat mandatis. Oportet Regem esse pium, misericordem, & ceteris virtutibus imbutum & ornatum.

Rex enim impietate & crudelitate fœdatus, incassum sibi vendicat nomē Regis, quia tyrannus est dicendus. Ob hoc ego, fili mi amabilissime, dulcedo cordis mei spes futuræ sobolis, precor, iubeo, vt per omnia, & in omnibus pietate fultus, non solum parentelæ, & cognationi, vel Principibus, siue Ducibus, siue diuitibus, seu vicinis, & incolis sis propitius, verum etiam extraneis, & cunctis ad te venientibus. Nam opus pietatis ad summam te ducit beatitudinem, sis misericors omnibus vim patientibus, semper illud Domini in tuis præcordiis habens exemplum: Misericordiam volo, & non sacrificium. Patiens esto ad omnes, non tantum potentes, sed etiam potestate carentes. Sis denique fortis, ne te prosperitas nimis e-

Virtutes principum septem.

10 leuet, aut aduersitas deiiciat. Sis quoque humilis, vt Deus te altum faciat, hîc, & in futuro. Sis verò modestus, & vltra modum neminem punias, vel damnes. Sis mitis, & nunquam iustitiæ repugnes. Sis honestus, & nunquam alicui spontaneum inferas dedecus. Sis pudicus, & cunctos libidinis fœtores, sicut stimulum mortis, euites. Hæc omnia superius libata Regalem componunt coronam, sine quib. valet nullus hîc regnare, nec ad æternum pertingere regnum.

LIBER SECVNDVS.

Cap. I. De statu Ecclesiastico: & de veneratione domus Dei.

20

REGNANTE diuina clementia, opus Regalis dignitatis alimonia catholi-
cæ fidei effectū amplius, ac solidius alterius dignitatis solet operibus esse, & quoniam vnaquæque gens propriis agitur legibus, idcirco nos quoque de nutu nostram gubernando Monarchiam, antiquos & modernos imitantes Augustos, decretali meditatione nostra, statuimus genti, quæ quemadmodum honestam & inoffensam duceret vitam, vt sicut diuinis legibus sunt ditati, similiter etiam secularibus sint addicti, vt quantum boni in his diuinis ampliantur, tantum mali & rei in istis vilitentur: quæ autem decreuimus, in sequentibus subnotauimus. Quisquis fastu superbiæ elatus, domum Dei ducit contemptibile, & possessiones Deo cō-

30 secratas, atq; ad honorem Dei sub Regia immunitatis defensione constitutas inhonestè tractarit, vel infringere præsumperit, quasi inuasor & violator domus Dei excommunicetur. Decet enim, vt indignationē ipsius Domini Regis sentiat, cuius beneuolentiæ cōtemp̄tor, & constitutionis præuaricator extitit: nihilominus tamen Rex suæ concessionis immunitatem ab hominibus, ditioni suæ subiectis, illæsam conseruari præcipiat, assensum vero non præbeat improuide affirmantibus, non debere esse res dominicas, id est, Domino dominantium traditas. Itaque sub defensione Regis, sicuti suæ propriæ hæreditatis, magisque aduertat: quia quanto Deus excellentior est homine, tanto præstâtior est diuina causa mortaliū possessione. Quocirca decipitur quisquis plus in propriis, quàm in dominicis rebus gloriatur: quarum diuinarū rerum defensor, & custos diuinitatis statutus,

40 diligenti cura, non solum eas seruare, sed etiam multiplicare debet, magisque illa, quæ duximus præstantiora, quàm sua defendere oportet, & augmentare. Si quis igitur insanus importunitate, improbitate sua Regem à recto proposito peruertere tentauerit, nullisq; remediis mitigari posse visus fuerit, licet obsequiis aliquib: & transitoriis sit necessarius, absceindendus ab eo, proiiciendusq; est, iuxta illud Euangelium: Si pes, manus, aut oculus tuus scandalizat te, erue eum, & proiice eum abste.

Cap. 2. De potestate Episcoporum super res Ecclesiasticas.

VT Episcopi habeant potestatem res prouidere, regere, & gubernare atq; di-

50 spensare secundum canonum auctoritatem volumus, vt Laici eorum ministerio obediant Episcopis, ad regendas Ecclesias, viduas & orphanos defendendū, & vt obedientes sint eis ad eorum Christianitatem seruandam, consentientesque sint Comites & Iudices Præsulibus suis ad iusticias faciendas, iuxta præcepta legis diuinæ, & nullatenus per aliquorum mendacia, vel falsum testimonium, neque per periurium, aut per præmium lex iusta in aliquo deprauetur.

Cap. 3. Quales debeant esse accusatores, & testes Clericorum.

TESTES autem, & accusatores, si aliqua sit infamia, uxores, & filios habentes, & omnino Christum prædicantes, testimonium Laici aduersus Clericum nemo recipiat. Nemo etiam quemlibet Clericum in publico, nisi in Ecclesia excommunicare præsumat.

Cap. De labore Sacerdotum.

SCITOTE fratres cuncti, quod supra omnes laborant Sacerdotes. Vnusquisque enim vestrum suum fert laborem proprium, ille verò & suum & singulorum: Ideo sicut & ille pro omnibus vobis, ita & vos omnes pro eo summopere laborare debetis, in tantum, vt si necessitas fuerit, animas vestras pro eo ponatis.

Cap. 5. De concessione Regali propriarum rerum.

Hac Andreas R. confirmat, sed Ludouicus aboleuit.

DECREVIMVS Regali nostra potentia, vt vnusquisque habeat facultatem sua diuidendi, tribuendi uxori, filiis, filiabusq; atque parentibus, siue Ecclesiæ, nec post eius obitum quis hoc destruere audeat.

Cap. 6. De retentu Regalium rerum.

VOLVMVS quidem, vt sicut cæteris facultatem dedimus suarum rerum: ita etiam res, milites, seruos, & quicquid ad nostram Regalem dignitatem pertinet, permanere debet immobile, & à nemine quid inde rapiatur, aut subtrahatur, nec quisquam in his prædictis sibi fauorem acquirere audeat.

Cap. 7. De obseruatione dominicæ diei, vt abstineant à laboribus.

Si quis igitur Presbyter, vel Comes, siue aliqua alia persona fidelis, die dominica inuenerit quemlibet laborantem, abigatur; si verò cum bobus, tollatur sibi bos, & ciuibus ad manducandum detur. Si autem cum equis, tollatur equus, quem dominus boue redimat, si velit, & idem bos māducetur, vt dictum est. Si qui aliis instrumentis, tollantur instrumenta, & vestiméta, quæ si velit, cum cute redimat.

Cap. 8. De eodem die dominicali, vt concurrant ad Ecclesiam.

A Sacerdotibus verò & Comitibus commendetur omnibus villicis, ita vt ipsorum visu omnes concurrant die dominica ad Ecclesiam, maiores & minores viri & mulieres, exceptis illis qui ignes custodiant. Si quis verò obstinatus remanebit, propter illorum negligentiam vapulent, & depilentur.

Cap. 9. De obseruatione quatuor temporum.

Si quis quatuor temporum ieiunia cunctis cognita carnem manducans violauerit, per spacium vnus hebdomadæ inclusus ieiunet.

Cap. 10. De obseruatione sextæ feriæ.

Si quis in sexta feriâ ab omni Christianitate obseruata carnem manducauerit, per vnâ hebdomadam † lucæ inclusus, ieiunet.

Cap. 11. De his qui sine confessione moriuntur.

Si quis tam obstinatus est (quod absit omni Christiano) vt nolit confiteri sua facinora, secundum suam presbyteri, hic sine omni diuino officio & elemosynis iaceat, quemadmodum infidelis. Si autem parentes proximi neglexerint vocare (ministros) presbyteros, & ita subiaceat absq; confessione morti, dicitur orationibus, & consoletur elemosynis, sed parentes luan negligentia ieiuniis secundum arbitrium presbyterorū. Qui verò subitanea periclitantur morte, cum omni Ecclesiastico sepeliatur honore. Nā occulta & diuina iudicia nobis sūt incognita.

Cap. 12. De obseruanda Christianitate.

Si quis obseruatione Christianitatis neglecta, & negligentia, stoliditate elatus, quid in eam commiserit, iuxta qualitatem offensionis ab Episcopo per disciplinam canonum iudicetur. Si verò rebellitate instinctus renuerit, sibi impositum æquè sufferre, item eodem iudicio restringatur, & etiam vsque septies: tandem si per omnia resistēs & abnuens inuenietur, Regali iudicio scilicet defensori Christianitatis tradatur.

Cap. 13. De homicidio casuali.

Si quis autem casu occiderit aliquem, duodecim penfas auri persoluat, & sicut canones mandant, ieiunet. Si verò liber alicuius occiderit seruū, reddat alium seruū, vel precio componat, & secundum canones ieiunet.

Cap. 14. De his qui suas occidunt uxores.

Si quis Comitum obduratus corde, negligens animam (quod procul sit à cordibus fidelitatem obseruantibus) vxoris homicidio polluet, secundum decretum Regalis senatus cum quinquaginta iuuenis, parentibus reconcilietur, & secundum mandata canonum ieiunet. Si autē miles alicuius vir vbertatis eandem culpam inciderit, iuxta eundē senatum soluat parentibus decem iuuenos, ieiunetq; vt dictū est. Si verò vulgaris in eodem crimine inuenietur, cum quinq; iuuenis cognatis concilietur, & subdatur prædictis ieiuniis.

Cap. 15. De periuriis.

Si quis fallentium fide commaculatus, corde pollutus, iuramento confractus, periurio addictus inueniretur, perditas manus periurio luat, aut quinquaginta iuuenis manum redimat. Si verò vulgaris periurus extiterit, manu amputatus punietur, aut duodecim iuuenis redimetur, & ieiunet vt canones mandant.

Cap. 16. De homicidiis voluntariis.

Si quis accensus ira, ac superbia elatus, spontaneum commiserit homicidium, sciat se secundum senatus nostri decretum, centum & decem daturum auri penfas, ex quibus quinquaginta parentibus dentur, decem autem arbitris & mediato-ribus condonentur. Ipse quidē homicida secundum institutionē canonū ieiunet.

Cap. 17. De libertate seruorum.

Si quis misericordia ductus, proprios seruos & ancillas libertate donauerit cū testimonio, decreuimus, vt post obitum eius audeat inducere. Si autem libertatē promiserit, & morte hanc impietatem eandem libertatem testificari, & agape facere pro animæ redemptione sui mariti qualitercunq; velit.

Cap. 18. De conuentu ad Ecclesiam, & de his qui murmurant hora missæ, vel loquuntur.

Si qui ad Ecclesiam venientes, ad audiendum diuinum officium, & ibidem hora solennitatis missarum inter se murmurant, & cæteros inquietant, exponentes fabulas ociosas, & non intendentes diuinas lectiones, cum Ecclesiastico nutrimento: si maiores sunt, increpati cum dedecore expellantur de Ecclesia: si verò minores, & vulgares, in atrio Ecclesie, pro tanta temeritate, coram omnibus ligentur: & corripiantur flagellis.

Cap. 19. De non recipiendis seruis, vel ancillis, in accusatione, vel testimonio, super dominos suos, vel dominas.

Vt gens Monarchiæ huius ab omni incurfu & accusatione seruorum & ancillarum remota & quieta maneat, secundum Regale decretum concilii penitus interdictum est, vt nullius causa culpæ aliquam seruilem personam, contra dominos vel dominas, in accusationem & testimonium recipiat.

Cap. 20. De his qui liberos in seruitutem redigunt.

QUONIAM igitur Deo dignum est, in hominibus optimum vnumquemq; suæ industriæ libertatis vitæ cursum ducere, secundum Regale decretum statuendum est, vt nemo Comitum, vel militum, posthac aliquam liberam personam, seruituti subdere audeat: quod si eleuationis audacia suæ stimulat præsumpserit, sciat se totidē ex proprio compositurū, quæ verò compositio inter Regem & Comites diuidatur, & cætera. Sed si quis hactenus in seruitute retentus, pro libertate sua emenda iudicium Regale faciēs, securus extiterit, tantūmodo libertate fruatur, & ille à quo in seruitute tenebatur, nil reddat.

Cap. 21. De his qui alterius milites sibi tollunt.

VOLUMVS vt vnusquisq; senior (seu dominus) suum habeat militem, (id est seruientem) ne aliquis alter illum suadeat antiquum deserere seniore, & ad se venire: inde enim litigium habeat initium.

penfa dicitur fuisse nūmus aureus denar. 40. quorū 100. fl. Snum faciunt. Militis paria maior quam vulgaris. Et Comitū maior quam militis. Opes olim in iuuenis constituta. Quod pro homagio nobilit, 50. Marca soluitur, hinc ortum est. Nam bos & alet 1. Marcā 4 fl. hoc est iuuenis. Iam quater 50 fiaunt 200. Ita & peris 200. fl. datur.

Cap. 22. De recipiens hospitibus.

SI quis hospitem cum benevolentia accipit, & nutrimentum sibi honestè impendit, quamdiu secundum propositum nutritur, non deserat suum nutritorem, & nec ad aliquem alium suam deferat hospitalitatem.

Cap. 23. De his qui flagellant sua quærentes.

SI cuius miles, vel seruus, ad alium fugerit, & is cuius miles vel seruus fuga elapsus, suum miserit legatum ad reducendum eos, & is legatus ibidem à quocunq; percussus, ac flagellatus extiterit, decreuimus nostrorum primatum conuentu, vt ille percussor decem soluat iuuenços.

Cap. 24. De viduis & orphanis.

*Rationis &
decoris ple-
na lex.*

VOLUMVS quidem, vt viduæ & orphani sint nunc legis participes tali tenore: Vt si quæ vidua cum filiis & filiabus remanserit, atq; nutrire eos, & manere cum illis quamdiu vixerit, promiserit; habeat potestatem à nobis sibi concessam id faciendi, & à nemine iterum cogatur in coniugium. Si enim mutato voto, iterum nubere voluerit, & orphanos desertere, de rebus orphanorum nihil omnino sibi vendicet, nisi tantum sibi congrua vestimenta accipiat. Si autem vidua sine prole remāserit, & se innuptam in sua viduitate permanere promiserit, volumus vt potestatem habeat omnium bonorum suorum, & quicquid inde facere velit, faciat. Et post obitum autem eius eadem bona ad sui redeant parentes mariti, si præsentibus habet; sin autem non, Rex sit hæres.

Cap. 25. De raptu puellarum.

SI quis militum impudicitia scædatus, puellam aliquam sine concessione parentum sibi in vxorem rapuerit, decernimus puellam parētibus reddi, etiam si ab illo aliqua vis sibi illata sit, & raptor decem soluat iuuenços pro raptu, licet postea reconcilietur parentibus puellæ. Si verò pauper quis, aut vulgaris hoc aggredietur agere, componatur raptum quinque bobus.

Cap. 26. de liberis fornicantibus cum ancillis alterius.

VT liberi suam custodiant libertatem incontaminatam, volumus illis ponere cautionem, ne cum aliis fornicentur ancillis. Si quis autem improuidus hanc cautionem transgrediens, fornicatur cum ancilla alterius, sciat se reum esse criminis, & pro eodem crimine decoriari. Si verò secundo cum eadem fornicatus fuerit, iterum decorietur & depiletur. Si autem tertio, sit seruus pariter cum ancilla, aut redimat se. Si autem ancilla conceperit de eo, & parere non poterit, sed in partu morietur, componat eum cum alia ancilla. Seruus quoque alicuius si cum ancilla alterius fornicatur, decoriatur & depilatur, & si ancilla de eo conceperit, & in partu moriatur, seruus venundetur, ac dimidia pars precii seniori ancillæ datur, altera pars verò seniori serui semper remaneat.

Cap. 27. De his qui petunt ancillas alienas in uxores.

*Ob ancilla
coniugiu ser-
uitas oritur.*

VT nemo eorum qui libero nomine censentur, facere cuiquam iniuriam audeat, terrorem & cautionem imposuimus. Quia in hoc Regali concilio decretum est, vt si quis liber cōnubium ancillæ alterius sciente domino ancillæ elegerit, perdita sua libertatis industria perpetuus efficiatur seruus.

Cap. 28. De his qui extra regnum suas fugiunt uxores.

VT genus vtriusque sexus certa lege, & absque iniuriis maneat, & vigeat, in hoc Regali decreto statutum est, vt si quis proteruitate præditus, propter abominationem vxoris, patriam effugerit, vxor cuncta, quæ in potestate mariti habebantur, possideat, dum velit expectare virum, vt nemo in aliud coniugium cogere præsumat. Et si sponte nubere velit, liceat sibi, sumptis congruis vestimentis, & dimissis cæteris bonis, ad connubium ire: & si vir hoc audito redierit, ne liceat sibi aliam ducere, præter suam, nisi cum licentia Episcopi.

Cap. 29. De furto mulierum maritarum.

CVM igitur cunctis & omnibus abominabile sit virilem sexum repertum fecisse furtum, & magis magisque sexum fœmineum, secundum Regale senarum est

est decretum, vt si aliqua mulier maritata furtum comiserit, à marito redimatur, si vero tertio, venundetur.

Cap. 30. De incendiis mansionum.

SI quis per inimicitias alterius ædificia cremauerit igne, decreuimus, vt ædificia restituat, & quicquid suppellectilis arsum fuerit, insuper xv i. iuuenços, qui valent lx. solidos.

Cap. 31. De strigis.

SI qua striga inuenta fuerit, secundum iudicalem legem ducant ad Ecclesiam, & commendetur sacerdoti ad ieiunandum, fideq; docendum; post ieiunium verò, domum redeat. Si secundò in eodẽ crimine inuenietur, simili ieiunio subiaceat: Post ieiunium verò in modum crucis in pectore, & in fronte, atq; inter scapulas incesa clauis Ecclesiastica, domũ redeat. Si verò tertio iudicibus tradatur.

Vide cap. 34. lib. i. decr. S. Ladislai.

Cap. 32. De maleficiis, & veneficiis & sortilegiis.

VT creatura Dei ab omnium læsione malignorum remota, & à nullo detrimentum sui passura maneat, nisi à Deo, à quo & augmentatur: secundum decretum senatus statuimus ad magni cautionem terroris, veneficiis, & maleficiis, vt nulla persona maleficio aut veneficio quenquam hominum subuertere à statu mentis, aut interficere audeat. Ast si quis vel quæ posthac hæc præsumpserit, tradatur in manus maleficio læsi, aut in manus parentum eius, secundum eorum vel le adiudicandum. Si verò sortilegio vtentes, vt faciunt in cinere, & his similibus; ab Episcopis flagellis emendentur.

Cap. 33. De inuasiõne domorum, & de pugna ibidem secuta.

VOLUMVS, vt firma pax, & vnanimitas sit inter maiores, & minores, secundum Apostolum: Omnes vnanimis estote, nec alium aliquis inuadere audeat. Nam si quis Comitum, post definitionem huius communis Concilii, tam contumax extiterit, vt alium domi quærat, ad perdendum, atq; suas dissipare res, & si dominus domi est, & si secum pugauerit vel interfecerit, luat secundum legem, de euagitatione gladii confectam. Si autem idem Comes ibidem occubuerit, sine compositione iaceat. Si verò miles quis turrim vel domum alterius inuaserit militis, decem iuuençis componat inuasiõnem. Si verò ille non superuenerit, sed suos milites miserit, centum iuuençis componat inuasiõnem. Si vulgaris quidem alterius sui similis mantiunculas inuaserit, quinq; iuuenços soluat inuasiõnem.

Vulgaris, h. e. rusticus & ber factus: Ne seruis domos non possidebant.

Cap. 34. De adificatione & dote Ecclesiæ à villis compositæ.

DECEM villæ Ecclesiam ædificent, quàm duabus mensis totidemq; mancipiis dotent, equo & iumento, sex bobus, & duabus vaccis, triginta quatuor minutis bestiis. Vestimenta verò & corporalia, & coopertoria Rex prouideat, presbyterum, & libros Episcopi.

Cap. 35. De dono proprietarum rerum, & Regis dono.

CONSENSIMVS igitur petitioni totius senatus, vt vnusquisq; dominetur priorum similiter & donorum Regis, dum viuit, excepto quod ad Episcopatum pertinet, & Comitatum: ac post eius vitam filii simili domino succedant, nec pro nullius causa reatus detrimentum bonorum sui patiatur quis, nisi cõsiliatus mortem Regis, aut traditionem Regni fecerit, vel in aliam fugerit prouinciã, tũc verò bona illius in Regiam veniant potestatem: ipse verò subiaceat sententiæ filiis innocentibus remanentibus.

Vide decretum Andree Regis.

Cap. 36. De seruo interfecto ab altero seruo.

SI alicuius seruus seruum alterius occidit, senior homicidæ medietatem serui componat seniori interfecti, si potest: Sin autem non, peracta vna quadragesima, venundetur seruus, & precium diuidatur.

Diuisio inter serui domini, & inter homicidæ domini.

Cap. 37. De redemptione homicidæ serui.

SERVVM liberi homicidam, si seniori placuerit, cum centum & decem iuuençis redimat, aut tradat.

Cap. 38. De vindicta nitentium acquirere libertatem alienis seruis.

Hinc orta
consuetudo,
quod consi-
di in iudicio
duabus par-
tibus iudicio
tertia parte
aduersario
damnatur.

Si quis alienis seruis libertatem acquirere niteretur, quod serui erunt, totidem mancipia soluat, ex quibus duæ partes Regi, tertia seniori seruorum. Rex autem ex sua parte tertiam tribuat Comiti.

Cap. 39. De furto seruorum semel commisso.

Adhuc in
plerisq; locis
seruatur.

Si quis seruorum semel furtum commiserit, reddat furtum, & redimat nasum quinq; iuencis; sin autem non, abscindatur.

Cap. 40. de vindicta semel abscissi furti, & tertio committentis.

Si furtum abscissus naso commiserit, redimat aures quinq; iuencis, si potest: si autem non, abscindantur. Si tertio commiserit furtum, careat vita.

Cap. 41. de furto liberorum, semel, bis & ter commisso.

Vide distin-
ctione huius
sancti decret.
s. Ladislai c.
8. libr. 3. Et
sensum pro-
bium.

Si quis liberorum furtum commiserit, hanc decreuimus legem comparere vt semel redimat se, si potest: sin autem non, venundetur. Si idem venūdatus, furtum commiserit, legibus seruorum subiaceat. Si secundo, simili legi subiaceat. Si verò tertio, dispendio vitæ diiudicetur.

Cap. 42. de Regali portione à Comitibus defraudata.

Si quis Comitum partem Regis defraudauerit, reddat fraudem, & duplo componat.

Cap. 43. de spretione iusti iudicii Comitis.

Si quis militum iudicium à suo Comite rectè iudicatum spernens ad Regem appellauerit, cupiens Comitem suum reddere iniustum, sit debitor decem penfarum auri Comiti.

Cap. 44. de redditione rei à Comitibus iniuste ablati.

Si quis Comitum inuenta aliqua occasione quid iniuste militi abstulerit, reddat, & insuper ex proprio tantundem.

Cap. 45. De mendacio doni sponte facti.

De iniuste
pronocantibus.

Si quis autem militum, suum spontaneum donū dicens sibi vi ablatum, mendax extiterit, & hoc careat, & insuper tantundem soluat.

Cap. 46. de his, qui hominem gladio occiderint.

Si quis hominem gladio occiderit, eodem iuguletur gladio.

Cap. 47. de debilitatione membrorum gladio facta.

Si quis autem gladio euaginato, alium quemlibet debilitauerit, vel in oculo, vel in pede, vel in manu, confimile sui corporis patiatur.

Cap. 48. De gladii vulneratione.

Hoc est, iu-
uencis 110.
seredimat.

Si quis verò gladio vulnerauit aliquem, & vulneratus de eodem vulnere sanus & incolumis euaserit, homicidii compositionem vulneris illator componat.

Cap. 49. de gladii euaginatione sine vulnere.

Si quis furore repletus, euaginauerit gladium, & tamen non læserit, pro sola euaginatione, homicidii compositum soluat.

Cap. 50. De testimonio seruorum Regali curia vel Comitibus propositorum.

Si quis seruorum curia regali vel Comitibus præficatur, eius testimonium inter Comites recipiatur, si seruus seniore, vel seruiens suum Comitem interfecerit.

Cap. 51. De conspiratione Regis & Regni.

Si quis in Regem aut Regnum conspirauerit, refugium nullum habeat ad Ecclesiam. Si quis contra Regis salutem aut dignitatem quolibet modo aliquid conspirauerit, aut conspirare aliquid tentauerit, seu tentanti scienter consenserit, anathematizetur, & omnium fidelium communionem priuetur.

Vel

Vel si quis huiusmodi aliquem nouerit, & probare valens non indicauerit, prædicta subiaceat damnationi.

Publicū crimen quicquid indicare tenetur.

Cap. 52. De decimatione.

SI cui Deus decimam dederit in anno, decimam Deo det: Et si quis decimam suam abscondit, nouem soluat: Et si quis decimationem Episcopo separatam furatus fuerit, diiudicetur ut fur, ac huiusmodi cōpositio tota pertineat ad Episcopum.

Cap. 53. de versutia Comitum.

SI quis versutus alicui Comitum, vel alteri personæ fideli dixerit, audiui Regem ad perditionem tui loqui, & hic inuentus fuerit, pereat.

De calūniatorū pena.

Cap. 54. de his, qui mendacia inter duos proferunt Comites.

SI quis inter duos Comites mendacia protulerit, tacere ea quæ deprecatus fuerit, ut astutia diaboli ab inuicem eos separaret, soluat duas compositiones fallacis linguæ, pro reatu mendaci; si vni soli adulatus fuerit, priuetur lingua.

Cap. 55. de furto Vdvornicorum.

SI quis illorum, qui vulgo Vdvornyck vocantur, furtum commiserit legeliberorum diiudicetur. Testimonium autem eius inter ipsos non recipiant.

Explicit decretum sancti Stephani Regis.

PRIVILEGIUM DATVM PROTOABBATIAE S. MARTINI PANNONIAE.

IN nomine Domini Dei summi. Stephanus diuina prouidente clementia, Hungarorum Rex. Credimus & verè scimus, si locis diuino cultui mancipatis, potestates, atque honores adaugmentauerimus, id non solum laude humana prædicandum, verum diuina mercede remunerandum. Quocirca omnium sanctæ Dei Ecclesiæ fidelium nostrorum, quod præsentium atque futurorum solers comperiet intentio, significamus, quod nos interuentu, consilio, & consensu Domini Anastasii Abbatis, monasterio sancti Martini in monte supra Pannoniam sito, à genitore nostro incepto, (quod nos per Dei subsidium, ob animæ nostræ remedium, pro stabilitate regni nostri, ad finem perduximus) talem concessimus libertatem, qualem detinet monasterium sancti Benedicti, in mote Cassino: quia propter orationes sanctas fratrum eiusdem monasterii, consiliante domino Anastasio, præscripto Abbate, & iugiter adiuuante, confortati, & laureati sumus. singulare namq; suffragium, quod per merita beati Martini, in me à pueritia expertus sum, memoriæ posterorum tradere curauit. Ingruente namque bellorum tempestate, qua inter Teutonicos & Hungaros, seditio magna excreuerat, præcipuè quod cum ciuilibus belli ruina vrgeret, volente comitatu quodam nomine Simigensi paterna me sede repellere, qui fluctuanti consilii darem, quoque me vertere, tanta tactus verecundia, astantibus Ducibus, videlicet Poznano, Cincio, Orthio, dominoque meo Archiepiscopo, votum voui sancto Martino, quod si de hostibus interioribus, aut exterioribus, eius meritis victor existerem, supranominati Comitatus decimationi, de omnibus negociis, prædiis, terris, vineis, segetibus, vectigalibus, vinumque hospitum, quod in prædiis eorum excresetet, ne parochiano Episcopo pertinere videretur, sed magis Abbati eiusdem monasterii, sub testimonio præfatorum Ducum, multorumq; Comitum, absque vlla more subiugare. Dumque post cogitatum, victoria potirer, quod animo reuolueram, operis efficacia complere studui, nec dum etiam Episcopatus, & Abbatias, præter ipsum locum in regno Hungarico sitæ erant. quod si vos fideles licuit mihi, quo volui, loco Episcopatus & Abbatias statuere, an non licuit cuiquam loco quod volui, ut facerem? & ne adhuc Ecclesia sancti Michaelis vacua esse videre, vel Episcopus Parochianus iniurias querimoniasque in collectione decimarum pateretur, ei Curten, quæ vocatur Cotten, cum hominibus eodem pertinentibus, tradidi: quod si ipsi, contra mea statuta, quid iniquè agere, vel acquirere

† Martini

voluerit, ante Deum iudicem viuorum & mortuorum in die iudicii se contendere mecum sciat. Adhuc autem subiungens dico, sit ipsum monasterium ab omni inquietudine semotum, habeantque Monachi post transitum sui cuiusque Abbatis alium Abbatem secum eligendi, & à quocunque velint Episcopo consecrandi eum, sitque illis licitum ordines accipere, quouis loco, & à quocunque Episcopo: ante neminem verò Abbatum capilla incedat, nisi ante partem eiusdem monasterii, propter reuerentiam, & sanctitatem ipsius loci, moreque Episcopi in sandalibus missam celebret. Præcipimus itaque sub testificationibus saluatoris Domini nostri Iesu Christi, vt nullus Archiepiscopus, Episcopus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, seu aliquis homo magnus, siue paruus, de iam fato monasterio aliquo modo se intromittere in mancipiis, terris, vineis, decimationibus, piscationibus, ripis, placitis, sine concessione Abbatis eiusdem monasterii audeat: quod qui fecerit, componat centum libras auri optimi, medium Cameræ nostræ, ac medium præfato monasterio, suisque rectoribus: maledictionisque perpetuæ vinculo æternaliter feriat. quod vt verius credatur, hanc paginam manu propria roborantes sigillari iussimus. Datum ANNO 1001. regni nostri secundo, indictione decima quinta.

INCIPIT DECRETVM SANCTI REGIS
LADISLAI. OBIIT 1095.

REGNANTE Creatore & Salvatore Domino nostro Iesu Christo, anno incarnationis eius millesimo nonagesimo secundo, XIII. Calend. Iunii, in ciuitate Zabolchii, sancta synodus habita est, præfidente Christianissimo Hungarorum Rege Ladislao, cum vniuersis regni sui pontificibus & abbatibus, nec non cunctis optimatibus, cum testimonio totius cleri & populi. In qua sancta synodo canonicè & laudabiliter hæc inuenta sunt decreta.

Cap. 1. De bigamis presbyteris & diaconis.

*Coniugati
presbyteri.
ante 400.
annos*

BIGAMOS presbyteros & diaconos, & viduarum vel repudiarum maritos, iubemus separari, & peracta pœnitentia, ad ordinem suum reuerti: Et qui noluerit illicita coniugia dimittere, secundum instituta Canonis, degradari. Separatas autem fœminas parentibus reddi iubemus suis, & quia non erant legitimæ, si voluerint, liceat eis maritari.

Cap. 2. De his, qui ancillam in locum surrogauerit uxoris.

SI quis autem presbyter ancillam suam vxoris in locum sibi associauerit, vendat, & si voluerit, venundetur, tamè precium eius ad Episcopum transferatur.

Cap. 3. De indulgentia presbyterorum vxorum ad tempus.

PRESBYTERIS autem, qui prima & legitima duxere coniugia, indulgentia ad tempus datur, propter vinculum pacis, & vnitatem Spiritus sancti, quosque nobis in hoc Domini Apostolici paternitas consulatur.

*Cap. 4. De consensu Episcoporum nolentibus separari ab
ab illicito coniugio.*

SI quis autem Episcopus, aut Archiepiscopus, ab illicitis coniugiis separari nolentibus, spreto synodali decreto, consilium & consensum præbuerit, aut Ecclesiam dederit, aut aliquid quod ad ordinem pertinet, agere permiserit; à Rege, & coepiscopis suis, secundum quod rationi rationabile videbitur, is diiudicetur. Si vero Archipresbyteri causa ignorantia Episcopo consenserunt, aut presbyter per consensum illius in tali vitio permãserit, iudicio Episcopi volutariè subiaceat.

Cap. 5. De dote Ecclesiarum non expleta.

QUICUNQUE Ecclesiam Deo ædificauerit, & dotem nominauerit, nominatum vero non dederit, ad illud explendum transmissio nuncio, præualeat episcopale iudicium: cui si quis contradixerit, & contradicendo verberauerit, ipse Regali iudicio subiacebit.

Cap.

Cap. 6. de perditione rerum Ecclesiasticarum ob sacerdotis incuriam.

Si quis presbyterorum res Ecclesie ad propria loca duxerit, & ibi vendiderit, vel per incuriam suam perdidit, tripliciter Ecclesie restituat.

Cap. 7. de restauratione desolataram Ecclesiarum propter seditionem.

ECCLESIAS propter seditionem desolatas, aut combustas, iussu Regis parochiani restaurent, calices & vestimenta ex sumptu Regis dentur, libros Episcopus prouideat.

Cap. 8. de desolatione propter venustatem.

ECCLESIAS ex venustate desolatas, Episcopus reedificet.

Decret. S.
Stephani
lib. 2. c. 3. 4.

Cap. 9. de negociatoribus, quos Ismahelitas appellant.

DE negociatoribus, quos appellant Ismahelitas, si post baptismum ad legem suam antiquam, per circumcisionem, redisse inuenti fuerint, a sedibus suis separati, ad alias villas remoueantur. Illi vero qui inculpabiles per iudicium apparuerint, in propriis sedibus aut aedibus remaneant.

Cap. 10. de coniugio Iudaeorum, & Christianarum mulierum.

SI Iudaei vxores Christianorum sibi associauerint, aut aliquam personam Christianam in seruitio apud se detinuerint, ablata ab eis libertate, reddantur venditoribus, eorum precium tollatur, & in sumptum Episcoporum veniat.

Cap. 11. de negligentia Ecclesiarum in diebus dominicis & festiuis.

SI quis in dominicis diebus, aut in maioribus festiuitatibus, ad Ecclesiam non venerit parochialem, verberibus corripiatur: Si vero villae remotae fuerint, & ad Ecclesiam suam parochialem villani venire non potuerint, vnus tamen ex eis nomine omnium baculo ad Ecclesiam veniat, & tres panes, & candelam ad altare afferat.

Cap. 12. de veneratione supradictarum dierum.

SI quis in his diebus venatus fuerit canibus, equo careat, sed equum boue redimat. Si vero presbyter aut Clericus fuerit venatus, ab ordine descendat vsque ad satisfactionem.

Decretum
Stephani
lib. 2. c. 7.

Cap. 13. de interfectione adultera.

SI quis vxorem cum altero viro adulterantem inuenerit, sponte puniat, de se rationem reddat, & si voluerit, aliam ducat. Si vero ex propinquis foeminae aliquis in eum insurrexerit, quod interfecisset iniuste, iudicio discutiatur, & illud a vicinis eorum omnimode inuestigetur: si in despectione & contemptu apud virum suum esset prius, aut aliqua suspicio fornicationis illius prius orta fuisset: & hoc secundum quod rationale videtur, diiudicetur.

Cap. 14. de subtractione Kalendarum absque licentia.

SI quis de Kalendis presbyteri sui & fratrum licentia subtraxerit, manum eam, cum qua fraternitatem promisit, decem pensas redimat.

Cap. 15. de negligentia festiuitatum ob negocium.

SI quis in dominicis diebus, vel in maioribus festiuitatibus Ecclesiam negligens marcarum frequentauerit, equo careat.

Cap. 16. de negligentia dominicae diei.

SI quis die dominica mercatum constituerit, praecipit sancta synodus, vt sicut construxit, ita destruat. Si autem quis renuit, quinquaginta quinque pensas soluat.

Cap. 17. de hospitibus aduenientibus Clericis.

SI quis hospes Clericus in hanc patriam sine commendaticiiis literis Episcopi sui venerit, ne forte monachus ac homicida fuerit, vixque alicuius ordinis se confessus fuerit, iudicio vel testimonio discutiatur.

Cap. 18. de cohærentia Clericorum.

SI quis Clericus in patriam istam veniens, alicui Episcoporum vel Comitum adhæserit, & eum dominus suus bene habuerit, & secundum quod cum cõuenit, vel certauerit, si discedere ab eo voluerit, nequaquã discedet, donec prius de iniustitia sibi illata, audientia Regis declarauerit.

Cap. 19. de spretione propriarum Ecclesiarum.

Vt dicitur.

SI derelicta Ecclesia villani ad alias transierint, pontificali iure, & Regali mandato vnde transierint † ibi redire cogantur.

Cap. 20. de muliere in adulterio deprehensa.

Supra c. 13.
de nece: nunc
canonice cõ-
sum loqui-
tur.

SI quis vxorem suam in adulterio deprehenderit, & in iudicium statuerit, secundum instituta Canonum, pœnitentia imponatur, & peracta pœnitentia, si maritus voluerit, iterum recipiat: sin autem non, quãndiu ambo vixerint, in nuptiis permaneant.

Cap. 21. de procuratione Abbatum erga proprios Episcopos.

ABBATES, secundum decreta patrum, in procuratione Episcoporum suorum, in cuius territorio sunt, humiliter permaneant, & non semel in anno, sed sæpe monasteria eorum Episcopi visitet, & Regaliter vitam & conuersationem fratrum discutiant, conuersi monachi, cui monasterio voluerint, se cum rebus suis commendet. Similiter & sanctimonialia in monasterio sanctimonialium. Deinceps autem aliquis Episcopus aut Abbas, sine titulo certi loci, monachũ, aut monacham non audeat ordinare.

Cap. 22. de ritu gentilium in sacrificiis.

QUICVNQVE ritu gentilium, iuxta puteos, sacrificauerint, vel ad arbores & fontes, & lapides, oblationes obtulerint, reatum suum bene luant.

Cap. 23. de donatione propriarum rerum alicui Ecclesiæ.

SI quis res suas, aut prædia, vni dederit Ecclesiæ, nulla interueniente causa, subtrahere ne audeat, & alii dare.

Cap. 24. de inuentione rerum Ecclesiasticarum.

RES Ecclesiarum vbicunq; inueniantur, siue apud Ecclesias alias, vel apud dominos, ad priorem Ecclesiam suam redeant.

Cap. 25. de negligentia fidelium cadauerum.

Vide decret.
Stephani 7.
8. 9. 10. 11.
lib. 2.

SI quis dominicum diem non obseruauerit, & dies festos non seruauerit, aut quatuor tempora, & vigiliis non ieiunauerit, aut mortuos suos ad Ecclesiam non sepelierit, duodecim dies pane & aqua pœniteat in cippo. Si dominus serui sui corpus, aut villicus pauperis villani, vel hospitis, ad Ecclesiam non detulerit, tantundem pœniteat.

Cap. 26. de laboribus Iudæorum in festiuitatibus.

SI in die dominico, aut aliis maioribus festiuitatibus, Iudæum laborantem aliquid inueneris, ne scandalizetur Christianitas, cum quibus instrumentis laborauerit, illa amittat.

Liberi erant
fidei cõmissi
& in elec-
mosynam
donati.

Cap. 27. de decimatione liberorum Abbatum.

ABBATES de liberis suis dent decimationem Episcopis.

Ferrum.
Aqua.

Cap. 28. de testibus iudicii ferri vel aquæ.

QUOTIES vela aqua, vel ferro iudicium factum fuerit, intersint ibi tres idonei testes, iurando iure probati, qui & innocentis innocentiam, & e contra culpabilis culpabile perhibeant. Presbyter de ferro duas pensas, & de aqua vnam pensam accipiat.

Cap. 29. de celebratione missæ extra Ecclesiam.

NULLVS presbyter audeat missam celebrare extra Ecclesiam, nisi fortè itineris causa necessitas cogat eum. Si verò à Comite suo coactus fuerit, quinquaginta quinque pensas soluat. In itinere verò diuinum officium celebrare liceat in territorio.

Cap. 30. De decimatione liberorum, & de emancipatione eorundem Ecclesis facta.

EPISCOPI de liberis accipiant decimas. liberi quoque quicumque Episcopo, vel Comiti adhæserint, sicut eis placuerit, ita habeantur, salua tamen libertate. Qui autem pro animarum salute liberati, mâcipati fuerint, eo tenore tamen vt Ecclesie seruiant, ipsi nemini, nisi soli sibi presbytero administrent.

Cap. 31. De carnis dimissione.

20 LATINI, qui Hungarorum consuetudini legitimè consentire noluerint, scilicet, qui postquam Hungari carnes dimiserunt, ipsi iterum in secunda & tertia feria comederunt, si se nostræ consuetudini meliori non consentire dixerint, quocumque volunt, eo vadant: pecuniam verò, quam hic inquiserunt, hic relinquât, nisi fortè respuerint, & carnes nobiscum dimiserint.

Itali.
Vngari olim
ritu in hoc
Gracorum
seruabant.

Cap. 32. De illata violentia virginis vel mulieris.

SI quis virgini vel mulieri de villa in villam eunti, vim intulerit, quantum pro homicidio, tantundem pœniteat.

Cap. 33. De decimatione pecorum in alio Episcopatu nascentium.

EPISCOPI, qui decimationem pecorum in alio Episcopatu accipiunt, quartam presbyteris in suo Episcopatu manentibus tribuant.

Cap. 34. De satisfactione meretricum vel strigorum.

20 MERETRICES, & strigæ, secundum quod Episcopo visum fuerit, tali modo diiudicentur.

Stephan.
Decret. 31.
lib. 2.

Cap. 35. De Abbatis vel monachi osculo erga Regem vel Episcopum.

SI contigerit Regem vel Episcopum ad quamlibet Abbatiam venire, Abbas vel monachi ad Regis vel Episcopi osculum in Ecclesia non accedant, sed egressi in claustrum ordinatim stantes, Regis vel Episcopi osculum præstolentur. Regem autem, & Episcopum, cum quot & qualibus sibi placuerit, Abbas claustrum intrare permittat.

Cap. 36. De satisfactione Abbatis vel monachi euntis ad Regem.

30 SI autem contigerit Abbatem, vel monachum, ad curiam Regis venire, in Ecclesia ad salutandum Regem non eat, sed postquam exierit de Ecclesia, in domo, vel in tentorio salutet eum.

Cap. 37. De vigiliarum sanctorum obseruatione.

IN hac verò sancta synodo à venerabili Rege Ladislao statutum est, & vniuersis Episcopis collaudatum, & canonizatum, vt vigiliæ celebrentur beati Stephani Regis, & Gerhardi Martyris, quo die passus est, & tres dies ad festiuitatē sancti Martini: & quod patronus suus Andreas Rex cum omnibus qui tunc erant Episcopis vouit, & statuit, ipse Rex Christianissimus destruere nolit, sed firmus perdurauit, trium dierum vigiliam ad festiuitatem sancti Petri.

Feria noua
instituta.

Primus Andreas
Ladislai
Calus F.

Cap. 38. De Sanctorum veneracione festiuitatum.

40 ISTÆ verò festiuitates seruandæ sunt per annum: Natiuitas Domini, sancti Stephani protomartyris, sancti Ioannis Euangelistæ, sanctorum Innocentium, Circumcisio Domini, Epiphania cum vigilia, Purificatio sanctæ Mariæ, in Pascha quatuor dies, sancti Georgii Martyris, Philippi & Iacobi cum vigilia, Inuentio S. crucis, Ascensio Domini, in Pêtecoste quatuor dies, sancti Ioan. Baptistæ, Petri & Pauli vna die, sancti Iacobi, sancti Laurentii, Assumptio sanctæ Mariæ, sancti Regis Stephani, sancti Bartholomæi, Natiuitas sanctæ Mariæ, Exaltatio sanctæ crucis, sancti Matthæi Apostoli, sancti Gerhadi Episcopi, sancti Michaelis Archangeli, sanctorum Simonis & Iudæ, Omnium Sanctorum, sancti Emerici Ducis, sancti Martini, sancti Andree, sancti Nicolai, sancti Thomæ Apostoli. Et vnaquæq; parochia suum patronum, & dedicationem Ecclesie celebret.

Cap. 39. De Abbatibus vel monachis in Kalendis sedentibus.

ABBATES vel monachi inter fratres Kalendarum non sedeant, sed Abbas oblationes fratrum in claustrum accipiat, & secundum Regulam fratribus administret.

De Kalendis
supra
cap. 14.

Cap. 41. De decimarum negantibus.

EPISCOPVS accipiat decimationem in omnibus, sed eo tenore. Episcopi Præstaldus interroget possessorem annonarum, seu bestiarum, quantum habeat. Si verò crediderit verbis illius, accipiat secundum hoc quod dixit. Si verò non crediderit, faciat illum iurare, & accipiat: In annona verò commixtum non accipiat, sed separatim. Si vero post iuramentū dominum annonæ quis alienus periurum dixerit, præter Præstaldum Episcopi, ante Præstaldum Regis & Comitum numeretur annona, & si culpabilis inuētus fuerit dominus annonæ, tum decima pars detur, & nouem partes dentur Episcopo. Si vero ipse, qui insurrexerit, mendax extiterit, eodem iudicio persoluat culpā. Si non habuerit unde se redimat, solus vendetur, exceptis liberis. Decimatio autem tota colligatur vsque ad natiuitatem Domini. Filius autem qui in domo patris est, vel seruus, non separetur, sed simul dent decimationem cum patre: à filiis vero vel seruis, qui per se habent domos, accipiant decimationem de omnibus quæ habent. Si autem aliquis cōtumax fuerit, interrogatus decimam, & noluerit indicare Præstaldo Episcopi, tūc Præstaldus coram idoneis testibus designet quantum sibi videtur esse iustum, linum, vel canapum quantum potest pugillus capere pressis digitis ad terram premere accipiat. Si trituraſtam annonam inuenerit, si decem hydriæ fuerint, nil accipiat: si viginti, vel plus, accipiat decimam partem.

Cap. 41. De litigatoribus venientibus ad Regale palatium.

SI quis vero nobilium, seu militum, aut comitum, in curiam causa litium veniens, ad Regale palatiū cum suo litigatore nō steterit, & Regio nuncio vocatus, sine Regis licentia, domum perrexit, rationem perdet, & insuper si quid ab eo abstulerit, dupliciter reddat.

Cap. 42. de spretu sigilli Regii, & iudicis.

SI quis autem Regis sigillum super aliquem proiciens, & ipse in curiam venire neglexerit, rationem perdat, & quinque pensas persoluat: & quotiescunque renouauerit, toties quinque pensas persoluat. Si vero iudicis sigillum proiciens non venerit, centum nummos persoluat.

Vt causæ ob contumaciā amittantur.

Explicit liber primus sancti Regis Ladislai.

INCIPIT LIBER SECVNDVS SANCTI LADISLAI REGIS.

Cap. 1. De furto proximi quorumlibet principum.

TEMPORIBVS piissimi Ladislai Regis, omnes nos regni Pannoniæ optimates in monte sancto conuētum fecimus, & quæsiuimus qualiter malorum hominum impedirentur studia, & gētis nostræ expedirentur negocia: primum omnium iureiurando constituimus, vt qualiscunque proximus Principum reperiretur in furti culpa, ultra precium gallinarum, nulla: enus possit abscondi, vel defendi à quolibet eorum. Placuit quoque vt ipse fur nisi ceciderit in Ecclesiam, suspendatur, & omnis facultas eius depereat. Et si imprudentia eius qui ceperat eum, euaserit in Ecclesiā, vel in curiam Regis, vel ad pedes Episcoporum, careat qui nō cauit vēdicatione furti. Si autem de manu fideiussoris euaserit, de patibulo quidem liberetur: verumtamen cum eodem fideiussore in aliam regionem venunderetur, & bona ipsius Regali fisco vendicentur.

Ideo fures hodie quoque proscribuntur.

Cap. 2. De furto serui.

Decretum Steph. c. 40. lib. 2.

SI seruus fur inuentus fuerit, non possit precio commutari nasus eius, nisi ceciderit in Ecclesiam, vel in curiam Regis, vel ad pedes Episcopi, & si ceciderit, careat custos eius vendicatione furti. Si vero secundo hoc modo captus fuerit, suspendatur.

Cap. 3. De ligatione furis.

Si quis autem furem ligauerit, habeat potestatem ligandi eum, & ducendi ad iudicem, siue iuste, siue iniuste ligauerit. Si autem ligare quis prohibuerit, persoluat quinquaginta quinque penfas, & eandem noxam in ligamine.

Contra hac est articulus And. Regu, quod populi conuati furem nominare nequeat.

Cap. 4. De purgatione furti, si quem tota villa furem proclamauerit.

Si quempiam deinceps tota villa furem esse proclamauerit, probent iudicio. Vnde si mundus apparuerit, villa persoluat solum vnam pensam presbytero: si autem reus, omni substantia eius vendicetur Regi, vnde detur quarta pars villanis. Si verò aliquem personaliter furem esse proclamauerint villani, accipiant vnam pensam. Si autem vna pars accusauerit furem, alia verò defenderit, non accipiatur eorum defensio & probatio sine iudicio: si culpabilis inuentus fuerit, non habeat partem in quarta parte vendicationis.

Cap. 5. De inquisitione furtiua rei.

Si quis vestigia sequitur furtiua rei, nuncium permittat in villam, in quam diriguntur vestigia, ne excutiendo bestias suas perturbent villani vestigia sequenda: quod si contumaciter fecerint, perditas res persoluant. Si autem priusquam nuncius venerit, villani excusserint bestias suas, tunc inuestigatore perscrutetur singulas domos, vt ipsis placuerit, Si cui perierit res, eat cum testibus idoneis inuestigare rem, vbi putauerit esse, & si prohibitus fuerit, prohibitores probentur iudicio, & si culpabiles effecti fuerint, pereant, vt fures: Si vero mundati, propter prohibitionem quinquaginta quinque penfas persoluant: Si autem instinctu Comitum sui milites inuestigare impederint, pro ipsis quinquaginta quinque penfas Comes persoluat, & postea probetur iudicio.

Transylvanis obseruatur adhuc.

Cap. 6. De iudicis iudicio erga seruum vel liberum.

Si iudex nasum serui non inciderit, vel liberum non suspenderit, pereant omnia sua, præter filios filiasque, & ipse iudex venundetur. Si verò iustum suspenderit, centum & decem penfas, & omnia bona sua suspensi restituat. Et si se cum duobus testibus idoneis liberauerit, ab eo, qui duxerat eum in Conciliū, tollat quinquaginta quinque penfas, & si ad iudicium peruenerit, & iustus iudex apparuerit, introductor eadem poena pereat, qua iudex periturus erat: Et si maioris facultatis fuerit, quam iudex, amittat etiam libertatem.

Pena iudicis cum prauaricatorum.

Cap. 7. De negociatore siue mercatore furtiuam rem emente.

NEMO vendat, vel emat præter mercatum; si quis verò contra hoc emerit, de furtiua re pereant omnes, & emptor & venditor, & testes. Si vero propriam rem traxerint, perdant rem & precium, & testes tantundem. Si vero in mercatu sit contractus, fiat coram iudice & Thelonario & testes. Et si res empta furtiua esse apparuerit, emptor quidem testimonio iudicis & Thelonarii euadat, testes autem reddant venditorem.

Venditio eorum testibus fiebat.

Cap. 8. De iugulato homine.

Si quis extracto gladio iugulauerit hominem, Regali iudicio tradatur in carcerem, & omnia sua diuidantur in tria, scilicet vineæ, terræ, lixæ, serui. Vnde duæ partes dantur cognatis iugulati, tertia vero filiis & vxori iugulatoris. Si vero minoris facultatis sit, quàm centum & decem penfas, amittat etiam libertatem.

Cap. 9. De quolibet eiusdem prosapie furtum faciente.

Si quis eodem decreto ex diuina propiciante gratia, prolem vel cognatam, siue quemlibet propinquum in furti cognitione præoccupauerit, suspensionem, vel carnis perditionem non subeat, sed vt exul venundetur, si vulgaris fuerit: si vero nobilis, eadem culpa captus à parentibus fuerit, non venundetur, sed erga stultorum custodiæ commendetur.

Cap. 10. De cuiusuis seruo in furto deprehenso.

Si quis ergo seruum suum, vel in furto proprio, siue aliorum, culpabilem inuenierit, præfato testante eloquio, iudicibus ne parcat ad incidendū largiri nasum.

Decretum Stephani 6. 39. lib. 2.

Cap. 11. De nobile vel milite, inuadente alterius domum.

Si quis nobilium vel militum alterius domum nobilis inuaserit, & ibi pugnam

In decreto
sancti Ste-
phani c. 33.
lib. 2.

fecerit, & vxorem illius flagellauerit; si tantam substantiam habuerit, duæ partes eiusdem substantiæ pro reatu commissio dentur, tertia verò vxori, filiisq; suis remaneat: Si autem substantiæ defuerint, raso capite, ligatus & flagellatus circa forum ducatur, & sic vendatur. Alii verò qui cum eo erant, liberi, reatum suum quinquaginta quinque byzantiis redimant. Sin verò alieni, qui ad hanc pugnam iniustus dominis conuenerunt, venundentur, & dimidium precium pro reatu detur, dimidium verò ad dominos illorum redeat.

Cap. 12. De libero vel seruo in furto capto, & de filiis liberorum in seruitutem redactis.

Si quis liber, vel seruus, in furto captus fuerit, suspendatur. Si verò pro euadendo patibulo, ad Ecclesiam fugerit, abductus ab Ecclesia obcæcetur. Seruus in furto captus, si ad Ecclesiam non fugerit, sicut liber suspēdatur, domino serui illius detrimentum sit in seruo suspenso, domino verò rerum perditarum sit detrimētum in rebus perditis. Liber in furto captus, si ad Ecclesiam fugerit, & inde eductus obcæcatus fuerit, filii sui, & filię suæ, si decem annorum, aut minoris ætatis fuerint, in libertate permaneant: si vero maioris ætatis, quā 10. annorū fuerint in seruitutem redigātur, & omnis substantia eorum auferatur. Seruus autē, vel liber, si anserem vel gallinam furatus fuerit, monoculus efficiatur, & quod furatus est, reddat.

Rigor ini-
quus.

Cap. 13. De furto Clericorum.

ORDO Clericalis, si anserem, vel gallinam, aut poma, vel his similia furatus fuerit, Scopis tantum à Magistro corrigatur, sed quod furatur, restituat. Maius his si furatus fuerit, ab Episcopo suo degradetur, & iudicio vulgari damnetur.

Cap. 14. De libero in furto reperto.

Si quis liber decem denariorum precium furatus fuerit, suspendatur: minus denariis decem si furatus fuerit, furtum duodecies reddat, & bouem vnum persoluat. Seruus autem si tale furtum fecerit, reddat duplum, & nasum amittat. Seruus profugus, si alicubi in furto deprehensus fuerit, obcæcetur: & ideo ne suspēdatur, nec lingua abscindatur, decreuimus, vt si postea dominus suus eum inuenerit requirat per eum, si quis quid perdidit.

Cap. 15. Vt nulli negociatori liceat emere vel vendere equos, vel boues, nisi quantum ei necesse fuerit.

Seruatnr.

NULLVS mercator in aliquo huius terræ confinio equum aut bouem vendere, vel emere præsumat, sed equum solum sibi met ad expeditionem necessarium, aut boues ad arandum aptos, si voluerit, emat.

Cap. 16. De venditione equorum, & bouum, sine licentia Regis.

Si quis equum ad vendendum sine licentia Regis in confiniū duxerit, equus ab eiusdem confinii Comite auferatur, & equi dominus in carcerem mittatur, donec testimonio Comitum sui cōprobetur. Et si reus extiterit, sicut fur pœniteat; si autem liber, & hospes euaserit, sed equum, quem adduxit, amittat.

Cap. 17. de priuatione honoris Comitum, si permittunt emere vel vendere.

COMITES confiniorum si equos vel boues ultra fines huius patriæ sine licentia Regis vendi permiserint, comitatus honore priuentur. Custodes ergo confiniorum, qui vulgo Ewrii vocantur, si absq; scientia Comitum tale quid commiserint, libertatem amittant, si pauperes fuerint: Illis verò custodibus qui præsunt, si in culpa eadem rei inuenti fuerint, cum omnibus, quę habuerint, pereant, soli filii & filię in libertate permaneant.

Cap. 18. De cuiusuis hospitis negociatione.

HOSPES ex aliis regionibus in confinium pro equo emendo, vel aliis rebus negociandis, si venerit, cum nuncio eiusdem confinii Comitum ad Regem eat, & per licentiā Regis quicquid & quantum ei cōcessum fuerit, coram Pristaldo Regis emat.

Explicit liber secundus sancti Regis Ladislai.

INCIPIT

INCIPIT LIBER TERTIVS SAN-
CTI REGIS LADISLAI.

Cap. 1. De Centurionibus & Decurionibus.

Hoc decreuerunt, hanc legem constituerunt, vt nuncius Regis per omnes ciuitates dirigatur, qui congreget Centuriones, & Decuriones, eorum qui vulgò Ewrii vocàtur, cum omnibus sibi commissis, & præcipiat eis, vt si quem furtil-
10 culpabilem sciunt, ostendant, & qui pro culpabilibus ostensi fuerint, si quòd non sint culpabiles, iudicium portare voluerunt, iudicium detur illis; quòsque nominauit Ewrii, illi patiantur decenario numero, quorum vnus pro decem portet iudicium; si fuerit saluus reliqui decem salui fiant; sin autem, nouem portent iudicium vnus, quisque pro se: ille autem qui pro decem iudicium portauerit, ipse etiam pro se portet æquè iudicium. Post hæc inquiratur à cunctis optimatibus, & populo, si quam villam sciunt furto diffamatam. Et si quàm dixerint, dicat nuncius Regis villanis, vt quos fures sciunt in illa, illos reddant, quos autem reddiderint, si iudicio se defendere dixerint, ne prohibeantur, sed qui fures antea auditi fuerant, illis nequaquam detur iudicium, propterea eiusdem villæ villani per decem & decem diuidantur, & decimus pro nouem portet iudicium. Si ipse fuerit mundus, reliqui nouem mundi sint: si culpabiles sint, sicut supra diximus, vnusquisque pro se portet; decimus autem, qui pro nouem portauerat, ipsemet aquæ iudicio probe-
20 tur. Deinde nuncius Regis de villa in villam vadat, sciscitando à villanis vt vbi furem sciunt, monstrent. Notum etiam faciat totius Hungariæ Principes sacramentum fecisse, quòd neq; furi parcant, neque celent ipsum, ipsi quoque similiter faciant. Et si rustici dixerint iusiurandum se velle obseruare, tunc ostendant fines vbi sciunt. Sed si aliqui fures postea celasse eos accusauerint, & ita periuri inuenti fuerint, pro commutatione linguæ, decem pensas persoluant, & canonicè peniteant.

Aqua iudicium.

30 Cap. 2. De his qui aliorum seruientes detinent.

PRÆCIPIMVS etiam, vt idem Regis nuncius palàm faciat omnibus, tam nobilibus, quàm ignobilibus, in primis Episcopis, Abbatibus, Comitibus, postea verò minoribus, quòd à tempore Regis Andreæ, & Ducis Belæ, & à descriptione iudicis Sarchas nomine, apud quemcunq; aliqui ciuium, vel villarum, qui dicuntur Ewreck, vel ferui detinentur, in assumptione S. Mariæ, omnes Regi præferentur: q; si quis fortè detinuerit, dupliciter reddat, vel is, qui defendere voluerit, in prædicta festiuitate veniat ad curiam & defendat. Veniant & illi omnes, qui dicuntur Wzbeq, ad curiam in eadem festiuitate, & secundum quod Regale iudicium ordinauerit, postmodum ratum permaneat. Et quisquis vltra terminum prædictum aliquem illorum, quos tunc reddi præcipimus, detinuerit, dupliciter reddat, & 55 pensas propter trãgressionem soluat, & si qua suspicio de illo, vel alterius, qui rem detinebat, habita fuerit, eo, quòd quem retinuerat, fur & latro diffamabatur, ipse expurget se iudicio. Si culpabilis fuerit, vt fur & ipse diiudicetur. Illi qui dicuntur vulgò Wzbeq, cuicunq; se personæ adhæserint, repræsentent eos Regi in assumptione S. Mariæ virginis. Quòd si quis trãgressus fuerit, bis totidem reddat, & insuper propter legis fractionem quinquaginta quinq; pensas adhibeat.

Sarchasi

Cap. 3. De Palatino Comite, & eius sigillo, ac facultate.

PLACVIT etiam, vt si aliquando Palatinus Comes domum iuerit, Regis & curiæ sigillum, qui in vice eius remanserit, illi dimittat, vt sicut Regis vna est curia, & ita in vnum sigillum persistat. Domi verò Comes idem quamdiu permanserit, super neminè sigillum mittat, nisi super eos dumtaxat qui vocàtur Wdwornyck, & qui spontanea voluntate iuerint ad eum, illis liceat iudicare. Quòd si aliter fecerit, quinquaginta quinq; pensas soluat. Similiter & Duces, Comites, qui super suos, quam alios iudicauerint, ea sententia corrigantur.

Id est, Smissi sessionis nobiles: Et decret. S. Stephan. ca. 55. lib. 2.

Cap. 4. De quolibet fure ad Ecclesiam fugiente.

SI quis liber furatus fuerit, & ad Ecclesiam fugerit, cuius Ecclesiæ refugium quæsiuit, illius seruus sit. Ille autē, cuius suasionē euasit, parte sua careat. Et præbyter postea eum emancipauerit, & ipse vice eiusdem seruus sit Ecclesiæ. Ille uero qui furatus fuerat, venundetur in aliam patriam, & si postmodum huc reuersus fuerit, tollantur ei oculi.

Cap. 5. De seruo uel libero in eadem culpa ad Ecclesiam fugiente.

SERUUS qui furatus fuerit, & ad Ecclesiam fugerit, domino suo reddatur, & cuius consilio fugit, det Ecclesiæ duas pensas. Et si liber furtum fecerit, sed neque captus neque ligatus ad Ecclesiam fugerit, ipse similiter sit seruus Ecclesiæ; & cuius erat fur, parte sua non careat eo modo. Si seruus ad Ecclesiam fugerit, vna pensa dominus eius eum redimat, cuiusque res furatus fuerat, illi totum restauret. Item si seruus magnum quid, & tantum furatus fuerit, quantum dominus eius restaurare non poterit, cuius erat, vnam pensam Ecclesiæ det, & seruus sit eius.

Cap. 6. De muliere in furto inuenta.

SI quæ mulier habens maritum, furtum fecerit, nasum perdat, & venundetur, & cum tota substantia sua, cum qua post viri sui mortem maritari alii posset, pereat. Et si vidua idem fecerit, alterum oculum perdat, & exceptis partibus filiorum suorum cum parte sua annihilatur.

Cap. 7. De puella furtum faciente.

SI quæ innupta puella furtum fecerit, venundetur, & nunquam ad libertatem redeat. Et si quis emancipauerit, precio careat: & illa in curiam Regis ducatur.

Cap. 8. De furibus liberis decem uel sex denariorum ualentium.

SI liber, quod 10. denarios ualet, furatus fuerit, cum omni substantia sua pereat: si minus autem, alter oculus eruat, & secundum sancti Stephani decreta, diiudicetur. Item si seruus 6. denariorum precium furatus fuerit, careat oculis: si minus, semioculo, & quod furatus fuerit, dominus eius dupliciter persoluat, ac restituat.

Cap. 9. De his qui capiunt furem.

Iudices olim soli parochiales Comites erant criminalium: post alii quoque obtinuerunt, & villa quoque in expeditione Regis detinentur, & ad reditum eius optimatum. Toties quoties reuoluitur dies labitur iniqua detentionis, detentor ternas marcas pendit.

QUOTIESCUNQUE quis furem ceperit, & ligauerit, per tres tantum dies teneatur, quarto autem die, iudici statuatur. Et si forte conscius furti inuenturum dixerit, sex septimanarum habeat indulgentiam, & interim furti conscius, quos se inuenturum promiserat, inueniat; si autem non inuenierit, Regali sententia damnetur. Si uero plus, quam per tres dies, eum tenuerit, & in quarta, sicut diximus, iudici non præsentauerit, & postea uel à parentibus ipsius furis, uel à domino, si dominum habet, declamatio uenerit, ante iudicem statuatur, quod eum vinculatū tenuit, & secundum legem diiudicetur. Si autem tertia, uel quarta die non repræsentauerit, ipse etiam ante iudicem statuatur, & qui iniuste tenuit furem, decem pensas persoluat, fur autem secundum legem diiudicetur. Et si quis contumax iudicium iudicis transgreditur, sex pensas soluat. Iudex uero per vim furem capiat, & si fur iudicium quæsiuerit, iudicioque dato inculpabilis fuerit, de his sex pensas, vnam sanctæ Ecclesiæ donet, & si quis culpabilis fuerit, cum omni substantia sua in sumptum Regis exportetur.

Cap. 10. De his qui stante expeditione furantur.

SI Rex in expeditione fuerit, & interim furem capi contigerit, qui cepit, firmiter teneat: sed postquam Rex & primates redibunt, ultra quem terminum dixit, tenere non præsumat; quod si aliter fecerit, sex pensas enumeret.

Cap. 11. De negociatoribus de ciuitate in ciuitatem euntibus.

Emptio coram testibus fiebat, ut supra

SI quis de ciuitate in ciuitatem vadens emerit & vendiderit, & si quod prius vendidit, postea furatum esse apparuerit, ille qui vendidit, sicut fur, diiudicetur, & qui testes fuerint, iudicio discutiantur: si culpabiles inuenti fuerint, sicut fures, diiudicentur.

Cap. 12. De fure in curia nobilium capto.

SI quis in curia nobilium furtum fecerit, nunciatur vel eiusdem domino curiæ, vel Pristaldo eius. Et si fortè contigerit, quòd neuter domi sint, expectent per decem dies: si in vndecimo neuter illorum venerit, ante iudicem statuatur, & secundum legem tractetur.

Nam nobilium curia a Sylva erat olim ad decem ases.

Cap. 13. De collectoribus rerum fugitiuarum.

RERVM fugitiuarum collector, quem vulgariter Iocerdech dicunt, quicquid collegit, ad ciuitatem eiusdem prouinciæ congreget, & Regis agaso, & Comitatus eiusdem ciuitatis in suburbio stabulum faciant: ibi vsq; ad festiuitatem S. Michaelis archangeli quicquid pecorum collectum erit, seruetur, duæ partes fugitiuorum hominum donentur Regi pristaldo, tertia pars Comiti, & vsq; ad pronunciatam festiuitatem detineantur, de quibus post festiuitatem sancti Michaelis quando diuiduntur, nuncius Episcopi decimam partem accipiat: à festiuitate sancti Martini, vsq; ad festiuitatem sancti Georgii congregentur oues & boues, & simili modo diuidantur. Et si iterum rerum fugitiuarum collector, quem dixi, hoc transgressus fuerit, exceptis filiis, & vxore eius, cum omni substantia perdat. Si Comitatus collector fugitiuorum liber fuerit, simili modo disperdatur: si seruus, Comiti auferatur. Si Regis fugitiuorum collector de his, perdat; & si quis ei quicumque de talibus negauerit, quantum negauit, duodecies tantum reddat.

Nunc ciuitas prouincia dicitur, sibi est sedes iudicialia Comitatus. Olim qualibet ciuitas castrum habebat officio latus Regii, & prouincia ciuitas dicebatur omnia.

Cap. 14. De his qui à cursoribus equos dimissos retinent.

SI quis equos, quos cursores dimittunt, habuerit, per tres septimanas ad Ecclesiam, vel ad mercatum causa monstrandi ducat; & si dominus eius non venerit, donet eos collector Regi. Similiter de equis fiat à furibus dimissis, & qui fur cum equo deprehenderit, furem iudici det, equus verò suus sit sibi.

Hodie diu agna animalia in forum ducuntur; post sine reposito suo domino, qui detinet, retinet.

Cap. 15. De his qui decretum Regis spernunt.

QUICVNQVE ergo Regis & Principum decreta fregerit, si Episcopus est, secundum voluntatem Regis diiudicetur; si Comes, à comitatu degradetur; si Centurio, honore priuetur, & insuper quinquaginta quinque pensas soluat. Miles similiter quinquaginta quinque pensas soluat.

Cap. 16. De iudicibus.

VNVSQVISQVE iudex in parochia sua iudicet.

Parochia, id est, districtus, diocesi.

Cap. 17. De furibus ad Ecclesiam fugientibus, & se innocentes proclamantibus.

SI qui serui vel liberi fures ad Ecclesiam subintrauerint, & se innocentes esse proclamauerint, iudicio probentur, quòd rei apparuerint, quasi qui Ecclesiam non intrassent iudicentur: si verò culpam confessi fuerint, lege beati Stephani discutiatur.

Cap. 18. Vt nullus cum fure conuenire audeat.

NEMO cum fure conuenire audeat: si autem quis fuerit, talis 55. pensas perdat.

Cap. 19. Nemo furem ducat ad alium iudicem.

VOLVMVS etiam, vt si quispiam furem ceperit, ante illum iudicem discutiatur causa, in cuius termino captus fuerit fur.

Cap. 20. De vsu capionis.

VSCAPIONES capiantur à festo Sancti Georgii vsq; ad festum S. Ioannis Baptistæ, vt ducantur in ciuitatem, teneanturq; vsq; ad festum sancti Michaelis, ac presententur assidue in mercatu, vt si quispiam suam reperit personam, redimat 90. denariis, equum 12. bouem 5. Ex quibus duas partes Regi, tres Comiti tribuantur. Si verò vsque ad festum Sancti Michaelis, inuenti non fuerint, diuidantur prædicto modo, tamen nullo pacto vendantur, vel celentur, sed tantum labore eorum vtantur. Quòd si collector vendiderit, vel celauerit, triplum reddat, ipseq; decem pensas persoluat: Comes verò si itidem fecisse probatur, quinquaginta quinque pensas persoluat. Simili modo iubemus, vt qui vsucapiones tenuerint, à tempore Regis Belæ vsque ad festum Sancti Stephani dimittantur.

Vsci incerto rum, non pro prietas cõcedebatur.

Cap. 21. De his qui recipiunt seruum vel lixas alterius.

Contra malefactorum receptores.

INTERDICIMVS etiam, vt nullus recipiat seruum alterius, vel lixas. Si quispiam autem receperit, si Comes fuerit, sciat se dupliciter cum 55. pensis redditurum; si iniuste, ministri dupliciter cum 55. pensis. Si plebeius, dupliciter in quinq; pensis. Quod si receptus, vel pro furto, vel aliquo crimine latuerit, & receptor conscius reatus illius fuerit, & negauerit se fuisse conscium, si Comes est, iuramento se purget, & insuper 55. pensas soluat; si verò plebeius, simili iuramento purgetur, & 5. pensis componat, & si quid circa eum latro proclamauerit, exaudiatur.

Cap. 22. De iudice erecto & constituto.

† forte, eius.

SI quis iudicum cum diffinit litigium, antequam eos potestas auferatur, veniat ad iudicem constitutum, & sicut iudicare disposuerat, cum eo dicernat, & exinde recipiat nonam partem iudicii, iudex verò decimam.

Cap. 23. De falsis iudicibus.

SI qui falsi iudices in occulto iudicare aliquid cognoscerentur, presententur iudici in cuius termino reperti fuerint, inquisitave ab eis commissi causa, quod diiudicauerint duplum reddant, ipsiq; decem pensas persoluant,

Cap. 24. De iudice litigium differente.

SI quis distulerit iudicum litigia vltra triginta dies, vapuletur.

Cap. 25. de iudicibus sigillum mittentibus.

POSSIT iudex sigillum suum mittere super quoscunq; exceptis presbyteris, & clericis, nec non Comitibus. Si quis autem iudicem iniuste iudicasse proclamauerit, & non probauerit, quinque pensas soluat: si verò iudex conuictus fuerit, iudicatum in duplo restituat, & insuper quinque pensas persoluat. Iudex pro suo iudicato in se in vno anno postea non introducatur.

Cap. 26. De spernentibus sigillum iudicum.

SI quis sigillum iudicis negligens, ad causam non venerit, primò quinque pensis puniatur; si secundò, totidem; si tertio, rationem perdet, & tonsus reddatur pro debito.

Cap. 27. De his qui domi fecerunt pugnam.

Etiā iudices villarum tunc iudicabans.

SI qui domi pugnaverint, & ad iudicem non venerint, nil quærat iudex. Si venerint, ad ius eius fiat libitum: quod si cõcordati aliquid iudici inde dederint, tertiam sibi, duas partes Regi referuet.

Cap. 28. De cursoribus, qui vltra tria miliaria equos duxerint.

NEMO cursorum audeat ducere equum extrà, vltra tertiam villam, vel accipere ad Ecclesiam Eipericum, siue ad curiam Episcoporum, seu Comitū, nec de presbyteris aut clericis, ac in curribus eorum: accipiat autem qualescunq; inuenit equos, vt Regis legatio citius expediatur. Si quis autem cursorem verberauerit, 55. pensis: si lora retinuerit eius, 10. pensis priuatur.

Cap. 29. De quærentibus perditarum rerum.

Vide decretum Stephani 23. lib. 2. Ergo pensæ est. 1. fl.

SI quis seruum fugitiuum, vel quodcunq; perdiderit, quærare voluerit, à nemine prohibeatur. si quis autem prohibuerit, vel quæretem verberauerit, decem iuuentis mulctabitur, valentibus decem pensas.

Explicit decretum sancti Regis Ladislai.

DECRETVM COLOMANI NEPO-

TIS BELÆ I. OBIIT IIIJ.

De dote cuiuslibet Ecclesie, per beatum Regem Stephanum disposita: per Coloman. repetita

Suprà cap. 34. lib. 2.

PLACVIT Regi, & communi concilio, vt dotes cuiuslibet possessionis, monasteriis, seu Ecclesiis à beato Stephano Rege dispositæ, inconuulsæ remaneant.

De

De synodo in vnoquoq; Episcopatu, Comitibus & Magistratibus celebranda.

QVIA populus noster magnis sæpe tam viæ, quàm inopiæ laboribus prægrauatus, pro qualitate necessitatis curiam Regalem adire non potest; bis in anno, id est, festiuitatum Apostolorum Philippi & Iacobi, & in octauis Michaelis, synodū in vnoquoq; Episcopatu celebrare constituimus: in qua tam Comes, quàm Comites, & aliorum Magistratum potestates, ad suum Episcopum conueniant, ad quam quicumq; etiam sine sigillo vocatus non venerit, reus iudicio erit.

De alienigenis presbyteris, sine literis commendaticis aduenientibus.

ALIENIGENA præbyter, vel diaconus, cum commendaticis literis recipiatur; qui verò hætenus recepti sunt, si iure venerint, examinentur: quatenus de quibus aliqua aures nostras pulsant infamia, hi ab officio cessent, donec vel à iudicio purgentur, vel de terra eliminentur.

Ladulus decret. lib. 1. c. 17.

Quòd nullus indigena sine fideiussore recipiatur.

ITEM nullus indigena sine fideiussore recipiatur.

De citationibus præbyterorum.

EPISCOPORVM, & Comitum capellani, vel reliquorum, per sigillum Episcopi, vel Archiepiscopi, ad causandum cogantur.

De citationibus præbyterorum & Laicorum contra sese.

SI verò clericus causam habet cum laico, periudicis sigillum laicus cogatur: si verò laicus habet causam cum clerico, per sigillum Episcopi, vel Archiepiscopi, clericus cogatur, ab eisq; iudice suo examinentur.

De causis duorum Comitum in synodo terminandis.

SI duo Comites pro causa aliqua desiderant, † in suprà dicta synodo ventilentur.

† Id est, conueniant ad se pertinere.

De causis duorum Abbatum in synodo iudicandis.

SI duo Abbates contenderint, in eadem synodo iudicentur.

De causis ministrorum Regis vel Ducis, & capellanorum in synodo iudicandis.

MAIORES ministri Regis vel Ducis, & capellani, quorū personis indignum est coram iudice infra se constituto conferre, in eadem synodo iudicentur.

De contumacia iudicum, ad synodum venire nolentium.

SI quis superbus iudex, ad prædictam synodum venire neglexerit, suo accusatore iudicetur.

De contumacia ministrorum Regis & Ducis.

SI maiores ministri Regis, & Ducis, vel inter se, vel cum maioribus contenderint, & ad iudicem venire contempserint, Comes parochialis eum iudice eorum causas discutiat.

De iudicibus ministrorum Regis & Ducis.

DVERS ministri, qui in mega Regis sunt, & Regis, qui in mega sunt Ducis, ante Comitem & iudicem; minores verò, ante iudicem delitentur.

De facultate Comitum discutientium causas in synodo.

SI Comes cum Comite contenderit, vel populus eius, seu synodica discretio, seu vicinus Comes causas discutiat.

Quòd nullus secularis iudex clerico det sigillum.

NULLVS præsumat secularis iudicis sigillum clerico dare.

Reuocatio omnium donationum præter donationem sancti Stephani.

QVIA communis videtur † valere curia, quo minus suppetat necessaria: ne nôstra abudantia, in eius superfluat penuria, placuit oēs † pistrinas, præter quas Stephanus donauerit, summæ regali reddere, quia indignū erat nobis recedentibus, curiam nobiscū honorē recedere, vbi p̄stat nos, & venientes copiā honoris inuenire.

† facere. † forte p̄sc̄nas.

Ablatio piscinarum monasteriis vel Ecclesiis donatarum.

SIMILITER decreuimus piscinas monasteriis vel Ecclesiæ datas, alias quidem reddere, sed necessarias quotidiano fratrum vsui relinquere, nullas verò nisi superfluas auferre.

Quòd donationes vinearum, mansionum & terrarum in suo vigore permaneant.

VINEÆ, mansiones, terræ, à Regibus quibuslibet datæ, perseuerent his quibus dabantur, & permaneant.

Quòd syluæ datæ Ecclesiis non auferantur.

SYLVAS Ecclesiis datas, minimè auferre concedimus.

De terris occupatis colonorum eiectorum.

VETERES coloni eiecti terram non habentes alibi, ad suam reuertantur: si terra eorum data monasteriis, vel Ecclesiis, & ipsi aliam habent, hoc inuiolabiliter permaneat.

De successione possessionum collatarum à Regibus.

POSSESSIO quælibet à sancto Stephano posthumo, vel gnauis successione quoslibet cõtingat hæredes, possessio verò ab aliis Regibus data prodat ad filium: qui si defuerit, succedat germanus, cuius filii etiam post mortem illius non exhæredentur: germanus autem prædictus si nõ inueniatur, Regi hæreditas depuretur.

De hereditatibus emptitiis quemlibet heredem concernentibus.

HÆREDITAS emptitia nulli hæredi auferatur, sed tantum eodem testimonio confirmetur.

De iudicio ferri & aquæ in quibus locis fieri possint.

IUDICIUM ferri, & aquæ, in aliqua Ecclesia fieri indicimus, nisi in sede Episcopi, & maioribus præposituris, minori Pofonii, & Nitriæ.

De iudicio iniusto cum sigillo, vel sine sigillo citato.

IUDEX iniustæ causæ discutiens: ad curiam Regis cum sigillo cogatur, sed sine sigillo ad synodum,

De iusto iudicio Episcoporum, Comitum, & negligentia citatorum.

SI quis ad conuentum Episcoporum, & Comitum, venire neglexerit, ipse verò sic sollicitè cõueniat, sic subnixæ cura confidat, sicq; summa diligentia, æquè liber animis trucinam compenset, quatenus nec leuesq; hincq; per odium innocentiam condemnetur, nec illius per amicitiam culpam defendant.

De decimis tributorum & vectigalium.

13. Genes.

DE tributis autem & vectigalibus, sicut Comitibus tertiam partem dari decreuimus: ita decimam quoq; Episcopis cõsemus, quibus tam noui, quàm veteris Testamenti pagina decimas dandas esse proclamat. Incautum igitur & inconsultum est, si instituta sanctorum præsumamus infringere, quæ summa potius deuotione debemus adimplere.

De testibus confitentibus ante attestationem.

SI quis in testimonium adductus, alicuius veritatem sua nititur attestatione probare huius testimonium sic recipi iubemus, si præsertim sit confessus peccata sua sacerdotibus, si deniq; contrarium habeatur, & sit cautela veri testimonii per sacerdotem in confessione, & mendacis culpæ redemptio fiat in possessione.

De falsis testibus deinceps non admittendis.

NVLLVS audeat prohibere testimonium, nisi confessus pereat; cuiuscunq; testimonium falsum inuenietur, eius testimonium amplius non recipiatur.

De Pristaldo iudicis verberato, & de pœna verberantis.

SI Pristaldus iudicis pro causa diiudicata ab aliquo verberabitur, hunc verberantem ad Comitum comitatus mittat, & quicquid deliberatum est, totum auferatur vi iudicis.

De

De idoneitate Pristaldorum, sicut & testium.

PRISTALDOS tales esse præcipimus, quales idoneos testes fieri supra iusseramus.

De pœna Pristaldi iniquam executionem facientis.

SI Pristaldus iudicis in legatione eius iniuste quid egerit, damnetur cum iudicio iniquo ex mandato.

De pœna iudicis occasione Pristaldi secuta.

DAMNUM à iudice per Pristaldum alicui iniuste illatum, de rebus iudicis restituatur.

De occupatoribus terrarum, & pœna eorumdem.

SI quis terram alterius ad possidendum vsurpauerit iniuste, cum in iudicio reus fuerit, tantundem de propria terra perdat, insuper decem pensas soluat.

De duplici tributo mercatorum.

MERCATORES ad id solum vt sua dignoscant, venalium rerum dediti studiis, pristina duplicent tributa: pauperes vero qui de mercato viuunt, solita tributa persoluant.

De distributiuis propriarum rerum in foro emptarum.

SI quis de propriis domesticis rebus quid in foro vendiderit, lege Sancti Stephani tributum reddat.

SI quis hospitem, accola, terram ciuium cohabitatur, aut iuxta medietatem substantiæ ciuilium expeditionem faciat, aut septem denarios soluat. † Sed istius capituli altera pars intellectui meo hinc facile patet, vt scilicet iuxta medietatem substantiæ ciuilium expeditionum faciat æstimam, aut quod idem sit sensus illius capituli quod scriptum est de non dandis 8. denariis.

† *Videri
glossam.*

De equo donato Regi, in quolibet Comitatu. Item de expensis nunciorum per Palatinum Comitem dandis.

QUANDO Rex, vel Dux, in Comitatum aliquem intrauerit, tunc legalis equus exercitualis præstetur. Qui si quo casu mortuus fuerit, quindecim pensæ domino equi donentur: si verò aliquo modo, sed non vsq; ad mortem, læsus fuerit, prædicti precii pars dimidia pro equo reddatur. Si magna fama Marchiam intrauerit, Comes nuncios duobus equis exercitualibus quatuor ad Regem dirigat, qui cum proprio cibo illuc peruenientes, præcium viatici sui à Palatino Comite exigant, & tandem ad reditum suum: si verò equi illorū mortui, seu læsi fuerint, tot pensæ, quot prædiximus, pro equis reddantur: sed si redeant, pro vna via exercituali deputetur.

IN quacunq; Comitatus mega Rex digrediat, ibi iudices duo megales cum eo coniungentur, qui & dissensiones populi illius discreto examine dirimant, & ipsi clamore populi ingrauescat, à Comite Palatino diiudicentur.

SI Rex fortè cuiquam Comiti, vel ministro aliquem de ciuibus dimiserit, solus in expeditionibus pergat: Sin autem, ad populum, vbi egit, reuertatur, &c.

OMNIBVS interdiximus tenere quemquam de ciuibus ad fugam faciendam absque Regis licentia, at si quis tentauerit, quasi legis fracturam emendet.

Quòd olim loricati secundum exigentiam prouentuum disponebantur.

COMITES si proprios in villis suis liberos habuerint, de quibus equos accipere, & centū pensas possint colligere, loricatum vnum Regi de sumptu illo procurent: si vero quadraginta pensas, milite absque lorica educetur: at si minus, suis hoc propriis vsibus referuent.

De seruis diuagis medio capite tundendis.

SI Rex aliquem vaginei seruum alicui donauerit, hic medium caput eius † tundat, quod si non fecerit, decem pensas amittat, cui si vxorem dederit, etiam illam cum eo perdat.

† *forte comitatus.*

De pœnis vagos absq; licentia Regis tenentium.

QUICVNQVE absq; licentia Regis vagum tenuerit, 55. penfas soluat, & si apud dominum quicquam sit furatus, dominus à crimine iudicio purgerur, & fideiusfor eius si fuerat, illum ostendat, idemq; si inculpabilis fuerit, eandem legem persoluat, quam retentorius, & si non habet, propriam libertatem amittat.

De redemptione vagi ab eo, qui eum apprehendit.

CVM quis vagum apprehensum tenuerit, à domino eius primo exigatur.

De pœna vendentium vagos seruos, & etiam ementium.

SI quis vagum, quem tenet, alicui donarit, dederit, decem penfas persoluat, 10 & totidem emptor illius.

VBICVNQVE equites, emptores, viatores venerint, id est, si voluerint, non minus tantum Capecium comparent. qui vero minoris precii acceperit, aut qui maioris fecerit, quinquaginta quinq; penfas persoluat.

De exemptione liberorum à solutione octo denariorum.

DENARII octo qui de liberis singulis colligebantur, amodò non accipiatur. De ciuilibus ex domariis octo denarios præcipimus colligi: inter quos scilicet si quis liber nõ à Rege, sed ab ipsis ciuibus. Si autem liberi, qui Regi per fines eorum transmigranti, equos, currus subductorios, & seruitia stipendiaria suppeditabant, quatuor denarios persoluant. Similiter & liberi, qui cum eis conhabitare consen- 20 ferint, exeant antea.

De accusatione Ismaelitarum secundum sectas Iuuentium.

SI quis Ismaelitas in ieiunio seu comestione, porcinaq; carnis abstinentia, vel in ablutione, vel ex quolibet suæ sectæ facinore deprehenderit, Ismaelitæ Regi deputentur, qui verò eos accusabat, de substantia eorum partem accipiat.

De Ecclesiis Ismaelitarum, & de dotibus earundem.

VNICVIQVE villæ Ismaelitarum Ecclesiam ædificare, de eademq; villa dotem dare præcipimus, quæ postquam ædificata fuerit, media pars villæ Ismaelitarum villam eiungeret, sicq; intrinsecus sedeant, & quasi vnius moris in domo: mater autem nobiscum vna eademq; Christi Ecclesia indiuidua vnanimiter cõsistat. 30

De matrimonio Ismaelitarum.

ISMAELITARVM verò nullus audeat filiam suam iungere matrimonio alicuius de gente sua, sed nostra.

De esu carniū porcinarum per Ismaelitas.

SI quis Ismaelitarum consortes habuerit, vel aliquem in conuiuium erogauerit, tam ipse, quàm conuiuiæ eius de porcina tantum carne vescantur.

De pœnis homicidas retinentium, nec non patricidis, & aliis.

SI quis homicida apud Comitem, vel per quemlibet inueniatur: per nunciū Episcopi ad pœnitentiam quæratur, quem si mittere renuerit, eadem cum 40 homicida sententia feratur. Patricidas, & cætera quæ prætitulauimus odia, Episcoporum censuris vacare decreuimus, quæ iuxta qualitatem facinorum & personarum, prout ipsis visum fuerit, canonicè huiusmodi deliberetur. Simplicia vero huiusmodi homicidia Archidiacono & iudice seculari iudicentur, de quibus & ipsi nonam, decimam partes inter se dispertiant.

De furibus quarta die ad iudicium statuendis.

FUR captus, per triduum ligatus sine manuum secatione, ignis concrematione teneatur, quarta autem die ad iudicem ducatur.

De eadem re.

FUR quando ducitur à Pristaldo domini sui, si vna tantum ibi familia sit, in 50 die vnus cum fure eat; qui si ire noluerit, iudex iudicare non formidet. Si vero illi nulla familia fuerit, ad viciniorè domini sui illius loci iudex ligatum dirigit. Lege autem fur iudicetur.

De pœna cuiuspiam aliquem iniuste capientis.

SI

SI fur dictus in iudicio saluus apparuerit, captor eius iudicetur sententia, sed non aboculetur.

De pœna capientis si falsus euaserit.

SI fur captus, furtum proponi non possit, datur iudicium, in quo si saluus appareat, captor illius priuetur substantia, quâ tum ipse fur dictus habere dignoscitur, non autem aboculetur.

De furto 20. denariorum.

SI quis furatus quadrupes animal, vel precium eius, aut uestimentum precii viginti denariorum furetur, vt fur iudicetur.

De pœna capientium aliquem ex sola suspicione.

SI quis sola suspicione furem ceperit, vt fur culpabilis in iudicio iudicetur.

De furis supplicio.

FUR inuentus in iudicio culpabilis, aboculetur.

De vxoribus & filiis furum.

VXOR furis, quia particeps est sceleris mariti, marito seruituti mancipetur, filii quoq; eorum xv. annorum, & vltra, matris pœnam sortiatur; qui verò infra quindecim annos fuerint, impunè dimittantur.

De meretricibus.

DE strigiis verò, quæ non sunt, nulla quæstio fiat.

De mulieribus partum suum necantibus.

MVLIERES partum suum necantes, Archidiacono allata, pœnitentiam agant.

De raptu mulierum.

RAPTUS mulierum Episcopus seu Archidiaconus diiudicet.

De maleficis.

MALEFICI per nuncium Archidiaconi & Comitum inuenti indicentur.

De adulteris.

ADVLTERI Episcopo vel Archidiacono adducti, debitis pœnarum iudiciis deputentur.

De amissione equi in villa vbi Rex fuerit.

SI in villa, qua Rex fuerit, equus perdatur, nullus de villa illa emendet, sed sit circa partes illas, vbi in villa latrocinium fuerit, hi ligentur.

De amissione equorum itinerantium.

SI equites viatores in villa iacuerint, & equos perdiderint, à villanis hæc emendentur: si verò extra villam, nullus de villa perfoluat.

De tempore discussionis querimoniarum.

QVI in tribus Conciliis causam suam legaliter diffinire noluerit, eius querimoniam amplius non audiantur.

De Comitibus & militibus potestatem Ecclesie sibi vendicantibus.

NVLLVS Comitum, vel militum, in Ecclesia præsumat sibi vendicare potestatem, præter solum Episcopum.

De personis Ecclesiasticis decimas persoluentibus.

PRESBYTERI, & Abbates, seu cuiuslibet personæ dignitatis, Ecclesie decimationem persoluant, in cuius territorio agriculturam exercent, aut vindemiant.

De bigamis presbyteris.

BIGAMI, & viduarum, vel repudiarum mariti à coniugis cessent illicitis, vel à Cleri excludantur consortiis.

De celebrationibus Missarum.

MISSA non celebretur, nisi consecratis in locis, nisi causa necessitatis aliqua existente, & tunc in têtorio, siue alio mundo loco; sed viæ tantum ac itineri hæc vacet necessitatis, non venationi, nec sine tabula itineraria.

*Decret. Lib. 1.
dist. 6. c. 29.
lib. 1.*

De reliquiis Sanctorum.

RELIQUIÆ Sanctorum per viam non portentur, nisi bono & religioso Clerico.

*De vestibus Clericorum.**Servatur.*

NVLLVS qui Clericus existimatur, vestibus vtatur laicalibus, vt pote fisso pellicio, vel tunica sparsa, manica rubra, strangula vel viridi manica, aut chlamyde, caliga seu ioppa, calceo picto, vel sericata camisia quoq; & tunica, & serico in pectore non consuuntur, sed nodis vel fibulis amplectent collum.

De quatuor temporibus.

QVATVOR tempora in suis, vt hactenus mos fuit, locis celebrentur. 10

De officio Sanctæ Trinitatis.

OFFICIUM de Sancta Trinitate post octauas Pentecostes celebretur.

De sepulturis Christianorum.

SEPULTVRA Christianorum non nisi in atriis Ecclesiarum fiat.

De Iudæis Christianum mancipium ementibus.

NVLLVS Iudæus Christianum mancipium emere, vel vendere audeat, aut in suo seruitio tenere sinatur. Nunc verò qui habet, si infra datis sibi iudiciis nõ vendat, amittat. 20

*De agricultura Iudæorum.**forte pa-*
gantis.

AGRICVLTVRAM autẽ si quis eorum habet, † pugnis hanc mancipiis exornet.

De possessionibus & mansionibus Iudæorum.

POSSESSIONES quidem Iudæi qui possunt emere, habeant, sed ipsi nusquam, nisi vbi sedes Episcopalis, remanere sinantur.

*De pœna incôlarum alienigenis equum Hungaricum ementium.**Ferri id est,*
compedibus
punitur.
Aqua id est,
tanti aqua
alatur.

NVLLVS habitantium in Hungaria adiacentibus Hungariæ regionibus, Hungaricum equum emere audeat. Quòd si quis emeret, ac vt alium furatus sit, sibi impositum fuerit, infra Hungariam, & vsque ad fines Hungariæ tantum causam suæ excusationis protèdere ei liceat. Cùm verò equi venditorem in extranea vo- 30
luerit quærere patria, nõ illi illuc ire permittatur, sed ferri iudicium portet; si reus apparuerit, pro fure iudicetur; si mundus, nõ vt fur teneatur, sed precio quo emerat, solummodo careat.

Quales serui possunt vendi extra Hungariam: Et similiter qualia animalia, & de pœna transgredientium.

NEMO seruum in genere Hungarorum, vel quemlibet in Hungaria natum, etiam alienigenam, nec ancillam, exceptis linguæ alterius seruis, qui ab aliis ducti sunt regionibus, vendat.

NEC aliud animal, præter boues masculos extra Hungariam vel vendere, vel ducere audeat. Quòd si qui Comitatum, vel Comitum infringeret, aut honore suo priuetur, aut duas rerum suarum partes amittat, tertia verò substantiæ portio vxori atque hæredibus suis remaneat. 40

De tributis inter Regem & Comitem diuidendis.

QVISQVE Comitum in comitatu suo tertiam vbiq; partem habeat de tributo, Rex verò ad plenum de tributo omnium similiter duas partes habeat.

*De pecuniis per Comites in vnoquoq; centuriatu colligendis, & Strigonium importandis.**Strigonium,*
regalis sedes
à Bela IV.
Archiepisco-
po conditio-
nibus erat
traditū, Sui
litera habē-
tur.

SINGVLI Comites, per quemcunque suorum voluerint, denarios, qui per 50
vniuersas Hungariæ partes colliguntur, quantum super vnoquoq; centurionatu fuerit collectum, nominatim sub certo scribentes numero Strigonium vsque festum Sancti Michaelis mittant, neq; prius Regii Comites, vel Centuriones partem accipiant, sed in eodẽ loco, videlicet Strigonii, fiat omnium partium diuisio. Si quis autem vsque ad tempus præsignatum nummos illos cum pleno illuc numero non attulerit, dupliciter reddat.

De liberis hospitiibus Sclauis in terris aliorum laborantibus.

LIBERI quoque hospites, sicut Sclauis, vel cæteri, sicut extranei, qui in terris laborant aliorum, pro libertate tantum denarios dent, non alios etiam denarios pro opere aliquo dare cogantur.

De solutione castellanorum.

DE castellanis autem tam pro opere, quam pro libertate, denarii accipiantur.

Quod nemo sine sigillis tributariorum extra Hungariam ire audeat.

EGRESSURI de Hungaria à Theolonariis tam Regis quam Comitis, qui exitus tenent, sigillū quærāt pro Theolonariis, quod Theolonarius Regis ab vna parte cum sigillo comprimat, ab altera parte Theolonarius figuram Comitis sui cōcludat. Si quis absq; tali sigillō tentauerit egredi; vel legis præuaricator, vnam pensam soluat.

De pœna falsorum testimoniorum.

Si quispiam falsum testimonium alicui imposuerit, id est, de eo pluribus ex villis sine Rege, vel odii causa attestantibus, ferreo probetur iudicio, ac si mundus fuerit, impositor culpæ, decem pensas soluat. Quod si reus erit, siue quidem res eius permaneant, sed admodum crucis ferreo ingeniis excoquatur, vt amplius testimonium eius refutetur.

De furibus ad Ecclesiam fugientibus.

SI quis autem de furto accusatus, ad Ecclesiam fugeret, non ilico teneri pro fure culpabili eum iudicamus: sed iudex cum presbytero Ecclesiæ ipsius eum interroget, vtrū culpabilis sit, nec ne. Et si reum se esse fatebitur, pro Ecclesiæ de obcæcatione oculorum, seu aliorum detrimentatione membrorum liberetur: si vero se non esse furem dixerit, excusandi se potestas ei non negetur, sed non de periculis supra dictis eum Ecclesia liberabit, si reus postea esse probabitur.

Item si quis fur esse ab aliquo accusabitur, fur furti signō apud ipsum repperit, vel comprobato, quod pro tali causa aliquid vili restaurauerit, vnde de villis aliis plures eum criminabuntur.

Explicit liber primus decreti Colomani Regis.

INCIPIT LIBER SECVNDVS DE
CRETI COLOMANI REGIS.

COLOMANVS Dei gratia Rex Hungarorum, hanc legem dedit Iudæis, in regno suo commorantibus, vt nullus Iudæus deinceps præsumat Christianū mācipium cuiuscunq; linguæ, vel nationis, emere vel vendere, aut in seruitio suo retinere. Et si quis hoc decretum transgrediatur, damnum Christiani mancipii aut eum iuuerim patiatur.

De mutuis Christianorum & Iudæorum.

SI Christianus Iudæo, aut Iudæus Christiano, duarum vel trium personarum precium accommodare voluerit, mutuator à mutuante vadimonium recipiat, & testes Christiani ac Iudæi in testimonium assumantur, vt si fortè alter alteri quod mutuauerit, denegauerit, vadimonio tantum, & testimonio vtriusq; comprobetur. Si autem ultra tres personas alter alteri quicunque accommodauerit, vadimonium, & testes, vt prædictum est, assumat, & quantitatem pecuniæ ac nomina testium in chartulam scribere, ac sigillo vtriusque, mutuatoris scilicet & mutuantis, sigillare faciat, vt si quādo alter alteri in hac re vim inferre voluerit, scripto aut sigillo vtriusque veritas comprobetur.

De emptionibus & venditionibus Christianorum & Iudæorum.

SI Iudæus à Christiano, aut Christianus à Iudæo aliquid emere voluerit, coram idoneis testibus Christianus & Iudæus rem venalem emat, eamq; rem & nomina testium in chartula scribere faciat, & chartulam illam cum sigillo vtriusque,

venditoris scilicet & emptoris, insignitam apud se custodiat: vt si quando in hac emptione furti reus aliquando arguatur, dominum rei furtiuæ, quæ apud se recognita est, & testes prænominantes producat, & liberetur. Si autem dominum furtiuæ rei & recognitæ producere non poterit, chartulam verò sigillatam ostenderit, iuramento testium inceptorum purgatus euadat. Si autem testes Christianos non habuerit, & Iudæus idoneos produxerit, & iuramento eorum secundum legem Iudæorū purgatus, furti compositionem quadruplo persoluat. Quòd si nec dominum recognitæ rei inuenerit, nec chartulam sigillatam produxerit, more patriæ diudicetur, compositionem furti duodecies persoluat.

De degradatione bigamorum.

SI quis bigamus propter vxorem diuinum officium reliquerit, omni Ecclesiastica dignitate priuetur, & inter laicos deputetur.

De decimis populorum, & seruorum denariis.

DECRETVM est in sancta synodo ab omnibus Episcopis, vt populus S. Ecclesiæ decimas omnes, quas possident; serui verò Ecclesiæ parochiano presbytero tres denarios impendant.

De notis infidelitatis.

EX autoritate Apostoli, pro Regis nostri salute, & regni eius stabilitate, in omnibus quotidie Ecclesiis orando, censemus, & distinctè præcipimus, vt si quis contra Regis salutem, aut dignitatem, quolibet modo aliquid conspirauerit, aut conspirare aliquid tēauerit, seu tentari sciens consenserit, anathematizetur, & omnium fidelium communionem priuetur: Vt si quis huiusmodi aliquem nouerit, & probare valens non indicauerit, prædictæ damnationi subiaceat.

De mulieribus fugientibus à viro suo.

SI qua mulier à viro suo fugerit, reddatur ei, & quoties fugerit, restituatur ei, quia scriptum est: Quos Deus coniungit, homo non separet.

De mulieribus adulteris.

SI quis vxorem suam coram legibus adulteram probauerit, ipsa pœnitentiæ subiaceat, & postea si voluerit, reconcilietur: aliter inupta permaneat.

De priuatione bigamorum presbyterorum, & eorum beneficiis.

VT Clerici bigami, & viduarum, aut repudiatum mariti, temporalibus Ecclesiæ beneficiis, & cunctis dignitatibus Ecclesiasticis priuētur. Nullus Episcopus aliquē promoueat Clericorum ad diaconatum, & ultra, nisi prius continentiam vouerit, & si vxorem habuerit, ex eius fiat consensu idem promittentis.

De seruitio coniugatorum presbyterorum.

NVLLVS coniugatus presbyter, aut diaconus altari deseruiat, nisi prius vxori concedenti, & continentiam vouenti, locū separatim, & necessaria vitæ temporalis, prouideat, vt secundū Apostolum, habentem, quasi nō habentē, se esse intelligat.

Vt nullus laicus potestatem habeat Ecclesiæ.

NVLLVS laicus potestatem Ecclesiæ habeat.

De Clericis concubinariis.

SI presbyter altari deseruiens, concubinam habuerit, illa auferatur; ipse vero iuxta præceptum Episcopi, fructu peracto pœnitentiæ ad administrandum altari restituatur & Ecclesiæ: vt à villa, in qua est Ecclesia, ab Ecclesia longius non recedat: quòd si recesserit, decem penfas persoluat.

De venditionibus in diebus festis.

SI quis festo vendiderit, precium acceptum quadruplo restituat, ipse verò pœnitentiæ subiaceat.

De non celebrantibus festiuitates.

SI quis descriptas festiuitates non celebrauerit, sic iudicetur in eum, vt si liber est, tribus diebus pœniteat: si seruus, septem plagis mulctetur.

De desponsatione coniugali in facie Ecclesiæ fienda.

DE desponsatione coniugali placuit sanctæ synodo, vt omnis coniugalis desponsatio in cōspectu Ecclesiæ præsentē sacerdote, coram idoneis testibus, aliquo signo subarrationis, & consensu vtriusque fieret; aliter non coniugium, sed opus fornicationis reputetur.

INCIPIVNT CAPITVLA DE SYNODALIB.

DECRETIS DOMINI ARCHIEPISCOPI LAURENTII STRIGONIENSIS METROPOLITANI, & DECEM SUFFRAGANEORVM SVORVM.

De causis Ecclesiarum & clericorum.

IN primis interpellandus est Rex, vt causæ clericorum, vel Ecclesiasticarum rerum, canonicè finiantur.

De sermone ad populum.

IN omni dominico die, in maioribus Ecclesiis Euangeliū & Epistola, & fides exponantur populo: in minoribus vero Ecclesiis, fides, & oratio dominica.

De communicatione cleri & populi.

VT omnis populus in pascha, & pentecoste, & natali Domini, pœnitentiam agat, & communicet: cleri vero in omnibus maioribus festis communicent.

De Ecclesiasticis ordinibus.

VT omnes Ecclesiastici ordines in maioribus Ecclesiis habeant, & officium suum exhibeant.

De locutionibus clericorum.

VT canonici in claustro, & capellani in curia literatoriè † loquantur.

† Id est, Latine.

De idiotis presbyteris.

30 IDIOTÆ presbyteri ne ordinentur, qui nec ordinandi sunt, ordinati discant, aut deponantur.

De ritu gentilitatis.

NVLLVS aliquid de ritu gentilitatis obseruet: qui vero fecerit, si de maioribus est, quadraginta dies distinctè pœniteat; si autem de minoribus, septem dies cum plagis pœniteat.

De annuis festis.

SI quis descriptas festiuitates non seruauerit, eadem lege, sicut in præcedenti capitulo, iudicetur.

De negligentibus pœnitentiam.

40 SI quis pro facinore commissio iniunctam pœnitentiã negligens, ab Episcopo excommunicatus in eadem peruersitate obierit, in cœmeterio Ecclesiæ non sepeliatur à presbyteris.

De mortuis sine confessione.

SI quis infirmatus, presbyterum non vocauerit, nisi subitanea causa fuerit, eodem modo fiat de eo. Parentes vero eius, aut vxor 40. dierum pœnitentia mulctetur. Si autem parentes non habuerit, villicus cum duobus senioribus villæ idem iudicium subeat.

Decret. Stephani ca. 13. lib. 2.

De vxoratis in Episcopum promouendis.

50 SI qui ad Episcopatum promouendi sunt, si legitimo matrimonio iuncti sunt, nisi ex consensu vxorum, non assumantur.

De portationibus Ecclesiæ quomodo debet fieri.

EPISCOPVS si tres partes de acquisitis ad vtilitatem Ecclesiæ fideliter intulisse videatur, licet ei agere de quarta quod voluerit.

De monasteriis Episcoporum qui obierunt.

EPISCOPIS, qui obierunt iam, neq; Ecclesiæ suæ prouiderunt, sed tantum filios

suos ditauerunt, placuit medietatem auferre, & Ecclesiæ reddere. Monasteria vero talium in potestate succedentis Episcopi, transeat quod ei melius fuerit visum.

De his qui res Ecclesiæ dissipauerunt.

SI qui eorum, qui Ecclesiis præsumunt, res earum dissipauerunt, duplo restituant: si non habent, deponantur, donec emendentur.

De famulis Ecclesiæ.

NULLVS Episcopus, aut præbyter, in propriis locis seruos Ecclesiæ teneant.

De parochis Ecclesiarum.

VNAQVÆQVE Ecclesia circa se in proximo habeat parochiam suam.

De Ecclesia sine dote non consecranda.

10

ECCLESIA non consecretur, si dos & terra prius non datur.

De præbyteris ad titulum consecrandis.

NULLVS præbyter sine titulo ordinetur, de eodem nullus habeatur in clero, qui non est titulus alicui Ecclesiæ.

De clericis sine literis non suscipiendis.

NULLVS clericus de alio Episcopatu vel prouincia sine commendatitiis literis suscipiatur.

De legationibus Episcoporum.

EPISCOPVS ad Episcopum sine literis & sigillis legationem non mittat.

20

De aduenis clericis & infamatis.

HOSPITES clerici, qui de alienis partibus venerint, aut legitimos testes producant, aut vadant, aut redeant nisi cum formata.

Ne quis in alterius Ecclesia celebret sine licentia.

NULLVS Episcopus, aut præbyter, aut Abbas missam celebrare audeat contra voluntatem præbyteri.

De professis clericis ad titulum ordinatis.

QUICVNQVE ad titulum ordinatus est, vel cum professione susceptus, non priuetur ordine, vel honore, nisi super certis criminibus iudicio canonico, sed ipse neq; recedere audeat, nisi forte ad maiorem promoueatur gradum, quod etiam Episcopus suus benignè debet consentire.

30

De oppressis clericis, vel iniuria affectis.

SI quis se oppressum existimat, liceat sibi concilium Episcopale appellare.

De clericis, vel Abbatibus seculare iudicium querentibus.

SI quis verò clericorum, aut Abbatum, in causis Ecclesiasticis relicto Episcopali iudicio, Regalem curiam, aut seculare iudicium adierit, causam perdat, aut se pœnitentia emendet.

De concordia diuinorum officiorum.

40

DIVI NORVM officiorum, vel ieiuniorum secundum libellum, quem colaudauimus, ab omnibus teneatur.

De vita & victu canonicorum.

VICTVS canonicorum, & vita, secundum regulam ipsorum ab Episcopo disponantur.

De libertate hospitem canonicorum.

SI quis hospitem canonicæ regulæ se sponte subdiderit, nihil ad filium eius pertineat, nisi fortè & ipse idem voluerit.

De libertate canonicorum, & filiis eorum.

SI quis clericus seruus Ecclesiæ fuerit, filii eius ad pristinam non redeant, sed s̄o inter liberas Ecclesiæ habeantur.

De seruis non ordinandis.

NULLVS seruus clericus ordinetur, nisi antea dominus eius plenam sibi dederit libertatem.

De sacerdotibus ante proratum uxoris.

PRÆBYTERIS VXORES, quas legitimis ordinibus acceperint, moderatius habendas, præuifa fragilitate indulsumus.

De clericis non uxoris.

QUI diaconatum, vel præbyteratum, sine matrimonio adepti sunt, uxorem ducere non liceat.

De uxoribus Episcoporum.

VXORES Episcoporum episcopalia prædia non inhabitent.

De excommunicatis.

10 SI quem Episcopus excommunicauerit, hoc & Regi & fratribus suis, datis literis, indicet.

Vbi debeant Missam celebrare.

NVLLVS extra Ecclesiam in tentorio, vel in aliquo loco, vel domo Missam celebrare, aut audire audeat, nisi Rex, aut Episcopi, Comites, & Abbates illi, qui tentorium, aut aliquod huiusmodi diuino solummodo cultui præparatū habere possunt. Et hoc tantummodo, quando sunt in via.

Item de Abbatibus.

20 ABBATES prouisa facultate monasteria cum Episcopo ad duo aratra vnū monachum, regulariter vestitum, & instructum teneant, & regulam beati Benedicti omnes monachi sciant & intelligant.

De eisdem Abbatibus.

ABBATES rarò de monasteriis suis egrediantur, neque ad Regem, neque ad remotas possessiones, sine conscientia Episcopi, vbi tum diutius immorari non debent.

ITEM Abbates mitram, sandalia, nodum ante cappam non habeant, vel cætera insignia, neque baptizent, neque pœnitentiam dent, neque ad populum sermonem faciant.

30 ABBATES non plus parentibus, quàm cæteris pauperibus solatium faciant. Quòd si Abbas iuuentus fuerit bona monasterii dissipare, aut disperisse, ipse deponatur, & substantia illa reddatur.

De ordinandis monachis.

NVLLVS Episcopus, aut præbyter, monachum ordinet.

De his qui monachi habitum accipiunt.

SI quis monachi habitum habet, aut monasterium intret, aut habitum perdat, & pœnitentiæ subiaceat.

De conuentione oblationis pro missa ne fiat.

40 NVLLVS præbyter conuentionem de missa pro oblatione faciat.

De non emendis vel vendendis Ecclesiis.

NVLLVS Ecclesiam emere vel vendere præsumat. Si quis Ecclesiam venderit, aut librum suum sine culpa abiecerit, delator illius culpæ partem magistri illius eo modo accipiat.

De baptismo & sepultura.

NVLLVS de baptismo & sepultura precium exigat.

De festiuitatibus.

NVLLVS festiuitates vendere præsumat.

De iudicio, quomodo vel quando dari debeat.

50 VT iudicium ferri in Quadragesima, sicut in aliis diebus, excepta causa effusionis sanguinis, detur, vt ferrum accipiat, & in designato loco ponat.

Quid in Ecclesia legi, vel cantari debeat.

NIHIL legatur, vel canetur in Ecclesia, nisi quòd fuerit in synodo collaudatum.

Quomodo in Kalendis & conuiujs conuiuari debent.

SI quis præsbyter in canonico conuiuio, vel Kalendis cogendis potos viderit, arguet eos: & si eum non audierint, ipse exeat, & archidiacono eos accuset, qui eis pœnitentiam septem diebus iniungat: quod si ipse præsbyter non exierit, ab officio suspendatur, & 40. diebus pœniteat.

De eodem.

SI præsbyter coegerit, vel coactus fuerit inebriatus, deponatur. Si quis præsbyterum inebriatum inuenerit, ante Episcopum vel diaconum, tres penſas ab eo accipiat; & si iam præsbyter secundò inebriatus fuerit, deponatur.

De eodem.

SI quis de nobilibus ad potum coegerit, vel coactus fuerit inebriatus, 40. dies pœniteat: si verò in hoc perseverauerit, excommunicetur.

De omnibus pœnitentialibus.

EPISCOPI in vnaquaque ciuitate duas domos ad coercendos pœnitentes, faciant.

De maleficijs.

SI quis de maleficio accusatus fuerit, conuictus secundum canones pœniteat.

De accusatione, vel accusatis.

SI accusator, quæ iniecit, probare non poterit, eadem pœnitentia subiaceat.

De mulieribus à maritis fugientibus.

SI qua mulier à viro fugerit suo, reddatur marito suo semel & bis. Tertia verò vice, si nobilis est, adiiciatur pœnitentiæ sine spe coniugii: si de plebe, venundetur, sine spe libertatis. Si quis vltro vxorem suam adulteram proclamauerit, si voluerit, maritetur. Eodem modo, qui cum alterius vxore, vel quæ cum marito alterius peccat, iudicetur. Si quis puellam rapuerit, vel violauerit, si nobilis est, canonicæ pœnitentiæ compositioni subiaceat. Qui verò hoc persoluere noluerit, vel non potuerit, tonſo capite, secundum iudicium Regis Ladislai, venundetur. Si quis sponsam rapuerit alterius, si illa non consenserit, reddatur proprio sponſo. Raptor verò si nobilis est, compositionem canonicam faciat, & sine spe coniugii pœniteat. Si non potuit compositionem dare, sine spe libertatis venundetur. Si quis vxorem fugiens, se sponte debitorem fecerit vnde se expedire noluerit, propter odiù, quod in vxorem habet, semper in seruitute permaneat. Et si vnquam liber videatur, iterum venundetur vxor verò eius, cui velit, nubat.

De bigamis, & viduarum vel repudiatarum viris.

SI quis de clero secundum vxorem, vel viduam, vel repudiatam duxerit, deponatur.

Si præsbyteri bigami recipiant ordines.

●BIGAMI præsbyteri, qui ad ordines suos redire voluerint, ex consensu vxorum suarum recipiantur.

De præsbyteris qui concubinas habent.

SI præsbyter concubinam habuerit, deponatur.

Vt canonici regulam suam sciant.

CANONICI regulam suam sciant, & intelligant.

De clericis profurto accusatis.

SI quis clericorum furti arguitur, ab Episcopo, vel Archidiacono, iudicetur, si reus inuentus fuerit, deponatur, & bona sua perdat. Si nihili fuerit, venundetur.

De tabernarijs clericis, & fœeneratorum.

CLERICI tabernarii, vel fœenatores non sint: quicumque verò in tabernaria domo biberit, si clericus est, deponatur; si laicus, in testimonium non recipiatur.

De testimonijs clericorum.

VT testes cleri non sint, nisi in testamento morientis, vel sacramento, vel pro iudicio.

De Iudæis, qui Christianos habent famulos.

IUDÆI seruos, vel ancillas, neque proprios, vel venales, neque mercenarios Christianos habere audeant.

De Christianis carnes à Iudæis vel cibos ementibus.

NULLVS Christianus carnes à Iudæis speris emere præsumat.

De decimis clericorum.

DECRETVM est, & sancti concilii sancitum est autoritate, vt de propriis horreis, seu cellariis, aut quilibet monasteriorum & Ecclesiarum, & omnium, qui in clero sunt, decimæ non exigantur, excepta quarta parte parochiani præbyteri.

De Archidiaconis.

OMNES Archidiaconi Breuiturium canonum habeant.

De præbyteris & seruis Ecclesiarum.

PRÆBYTERIS quoq; Ecclesiarum iuxta Ecclesiam domum habeant suarum Ecclesiarum. Si boues proprios habuerint, magistri sui de his, qui arauerint, dimidiam partem accipiant. Si autem cum bobus magistrorum suorum arauerint, duas partes inde magistri Ecclesiarum habeant.

De congregandis clericis ad sanctam synodum.

QUICVNQVE de his, qui in clero sunt, ad synodum Episcopi sui non venerint, vsque ad laicum deponatur.

Explicit decretum Colmani Regis.

DECRETVM ANDREÆ REGIS, EDITVM

ANNO INCARNATIONIS CHRISTI 1222.

IN nomine sanctæ trinitatis, & indiuiduæ vnitatis. Andreas Dei gratia Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramiæ, Seruiæ, Galliciæ, Lodomeriæq; Rex in perpetuum. Quoniam libertas tam nobilium Regni nostri, quàm etiã aliorum, instituta à sancto Stephano Rege, per aliquorum Regum potentiam, vlciscentium aliquando iram propriam, aliquando etiam attendentium consilia falsa hominum iniquorum, vel sectantium propria lucra, fuerat in quàm plurimis diminuta, multoties ipsi nobiles nostri Serenitatem nostram, & prædecessorum nostrorum Regum, suorum precibus, & instantia multa pulsauerunt super reformatione Regni nostri. Nos igitur eorum petitioni satisfacere cupientes, in omnibus, vti tenemur, præsertim quia inter nos & eos occasione hac iam sæpius ad amaritudinem non modicum est processum, quod vt Regia honorificentia plenius construas, conuenit enitari (Hoc enim per nullos alios melius fit, quàm per eos) concedimus, tam eis, quàm aliis hominibus Regni nostri libertatem, à sancto Rege cōcessam, ac alia ad statum Regni nostri referuantia, per eundem salubriter ordinamus, in hunc modum.

De solennitate Sancti Regis annuatim celebranda.

VT annuatim in festo Sancti Regis, nisi arduo negotio ingruente, vel infirmitate fuerimus prohibiti, Albæ teneamur solennizare: & si nos interesse non poterimus, Palatinus proculdubio ibi erit pro nobis, & vice nostra causas audiet; & omnes seruientes, qui voluerint, liberè illic conueniant.

Quòd nemo condemnietur, nisi fuerit citatus.

VOLVMVS etiam, quòd nec nos, nec posteri nostri aliquo tempore seruientes capiant, vel destruant fauore alicuius potentis, nisi primò citati fuerint, & ordine iudiciario conuicti.

De libertate seruientium, & Ecclesiarum.

ITEM, nullam collectam, nec libras denariorum colligi faciemus supra prædia seruientium, nec domos, nec vllas descendemus, nisi vacat, super populos Ecclesiarum ipsarum nullam penitus collectam faciemus.

De facultate seruientium disponendi possessiones suas.

SI quis seruiens, sine filio discesserit, quartam possessionis filia obtineat, de residuo, sicut ipse voluerit, disponat, & si morte præuentus disponere non poterit, propinqui sui, qui eum magis contingunt, obtineant. Et si nullam penitus generationem habuerit, Rex obtinebit.

De facultate Comitum parochialium, & Bilotis Regalibus.

COMITES parochiani prædia seruientium non discutiant, nisi causa monetarum, & decimarum; Comites curiæ parochialium nullum penitus discutiant, nisi populus sui castri, fures, & Canones Bylochii Regales discutientes ad pedes tantum ipsius Comitum.

De populis coniuratis, quòd fures non nominent.

ITEM populi coniurati in vnum fures nominare non possent, sicut consueverunt.

De modo exercituandi.

SI autem Rex extra regnum exercitum ducere voluerit, seruientes cum ipso ire nõ teneantur, nisi pro pecunia ipsius. Et post reuersionem iudicium exercitus super eos non recipiat. Si verò ex aduersa parte exercitus venerit super regnum omnes vniuersaliter ire teneantur.

De eadem re.

ITEM si extra regnum exercitum ducere voluerit, & cum exercitu iuerimus, omnes, qui Comitatus habent, vel pecuniam nostram, nobiscum ire teneantur.

De autoritate Palatini, & de vicariis iudicum.

PALATINVS omnes homines regni nostri indifferenter discutiat ad causam nobilium. Quæ autem ad prodicionem capitis, vel ad destructionem possessionum pertineat, sine conscientia Regis terminare non possit. Iudices vicarios non habeant, nisi vnum in curia sua.

De facultate Comitum curialis.

CVRIALIS Comes noster donec in curia manserit, omnes possit iudicare, & causam in curia inchoatam vbique terminare. Sed manens in prædio suo Præstaldum dare non possit, nec partes facere citari.

De remuneratione filiorum Baronum in bello occumbentium.

SI quis Iobagio habens honorem in exercitu fuerit mortuus, eius filius, vel frater congruo honore sit donandus. Et si seruiens eodem modo fuerit mortuus, eius filius, sicuti Regi videbitur, donetur.

Quòd hospites, seu alienigenæ ad dignitates non promoueantur.

SI hospites, videlicet boni homines, ad regnum venerint, sine consilio regni, ad dignitates non promoueantur.

De dotibus uxorum.

VXORES decedentium, vel damnatorum ad mortem per sententiam, vel in duello succumbentium, vel ex quacunq; alia causa, non fraudentur dotè sua.

Quòd rustico per Barones non spoliuntur, nec alii pauperes Iobagiones.

IOBAGIONES ita sequantur curiam, vt quocunq; proficiscantur, vel pauperes per eos non opprimantur, nec spoliuntur. Item, si quis Comes honorifice se, iuxta Comitatus sui qualitatem, non habuerit, vel destruxerit populos castri sui, conuictus super hoc, coram omni Regno dignitate sua turpiter spoliatur, cum restitutione ablatorum.

De Agazonibus, caniferis & Falconariis.

AGAZONES caniferi, & Falconarii non præsumant descendere in villis seruientium, qui integri Comitatus impetum non conferantur: integros comitatus, vel dignitates quascunq; in prædia seu possessiones non conferamus perpetuo, possessionibus etiam, quas quis iusto seruitio obtineat aliquo tempore, non priuetur.

De facultate seruientium eundi ad filium, & de causis coram filio inchoatis.

ITEM seruientes, accepta licentia à nobis, possint liberè ire ad filium nostrum, sed è maiore ad minorem, nec ideo possessiones eorum destruantur. Aliquem iusto iudicio filii nostri cõdemnatum, vel causam inchoatã coram ipso, priusquam terminetur, coram nobis non recipiemus, nec è conuerso filius noster.

De libertate rusticorum, & hospitem.

IOBAGIONES castrorum teneantur secundum libertatem à Sancto Rege constitutam: similiter & hospites cuiuscunque nationis, secundum libertatem ab initio eis concessam, teneantur.

De decimis.

DECIMÆ argento non redimantur, sed sicut terra protulerit, vinum, vel segetes persoluantur. Et si Episcopi contradixerint, non iuuabimus ipsos.

Quòd Episcopi non dent decimas equis Regalibus nec populi eorumdem decimas importent ad prædia Regalia.

EPISCOPI super prædia seruientium equis nostris decimas non dent, nec ad prædia Regalia populi eorumdem decimas suas apportare teneantur. Item porci nostri in syluis, vel in pratis seruientium, nõ pascantur contra voluntatem eorum. Item noua moneta per annum obseruetur à Pascha vsque ad Pascha, & denarii tales sint, quales fuerunt tempore Regis Belæ.

Quòd Ismaelita & Iudæi non teneant officiolatus.

COMITES, Camerarii, Monetarii, Syluarii, & Tributarii nobiles regni nostri Ismaelita & Iudæi fieri non possunt. Item tales in medio Regni non teneantur, tantum in Zabolcz, & Regecz, & confiniis. Item possessiones extra regnum non conferantur. Si sunt aliqua collata, vel vendita, populo Regni ad redimendum reddantur.

De marturinibus soluendis.

MARTVRINÆ iuxta consuetudinem à Colomano Rege constitutam soluantur.

De conuictis in iudicio non defendendis:

SI quis ordine iudiciario fuerat condemnatus, nullus potentum possit eum defendere.

De prouentibus Comitibus, & Regalibus.

COMITES iure Comitatus sui tantum fruantur, cœtera ad Regem pertinentia, scilicet, cibiones, tributa, boues, & duas partes castrorum Rex obtineat.

Quòd præter Palatinum, Banum, & Curiales Comites Regis & Reginae nullus duas dignitates teneat.

ITEM præter hos quatuor Iobagiones, scilicet, Palatinum, Banum, Comites, & Curiales Regis & Reginae, duas dignitates nullus teneat. Et vt hæc nostra tam cõcessio, quam ordinatio, sit nostris nostrorumq; successorum temporibus in perpetuum valitura, eam conscribi fecimus in septemparia literarum, & aureo sigillo nostro roborari, ita, quòd vnum par mittatur domino Papæ, & ipse in registro suo scribi faciat, secundum penes hospitale, tertium penes templum, quartum apud Regem, quintum in capitulo Strigoniensi, sextum in Colocensi, septimum apud Palatinum, qui pro tempore fuerit, reseruetur: Ita quod ipsam scripturam præ oculis semper habes, nec ipse deuiet in aliquo prædictorum, nec Regem, vel nobiles, seu alios consentiat deuiare, vt & ipsi gaudeant sua libertate, ac propter hoc nobis & successoribus semper existant fideles, & coronæ Regiæ obsequia debita non negentur.

Facultas data regnicolis ad resistendum Regiæ Maieitati, si contra statutionem suam fecerit.

STATVIMVS etiam, quòd si nos, vel aliquis successorum nostrorum aliquo vnquam tempore huic dispositioni nostræ contraire voluerit, liberã habeant ha-

rum autoritate, sine nota alicuius infidelitatis, tam Episcopi, quàm alii Iobagiones, ac nobiles regni nostri vniuersi & singuli, p̄sentes & futuri, posteriq; resistendi & contradicendi nobis & nostris successoribus in perpetuū facultatem. Datum per manus Cleri aulae nostrae Cancellarii Agriensis Ecclesiae Praepositi, anno verbi incarnati millesimo ducētesimo vigesimo secūdo, venerabili Ioan. Strigoniēsi, Reuerēdo Vigrino Colocensi, Archiepiscopis existentibus; Desiderio Chanadiensi, Ruberto Wesprimiensi, Thoma Agriensi, Stephano Zagrabienēsi, Alexādro Waradiensi, Bartholomæo Quinquecclesiensi, Cosmæ Iauriensi, Brictio Vaciensi, Episcopis existentibus, Regni nostri anno decimo septimo.

ISTVD PRIVILEGIUM BELÆ III. REGIS DECLARAT QUALITER REX SICV-
los suos de Wag exemit ab onere seruitutis.

Obiit 1270.

BELA Dei gratia Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, Ramiae, Seruiae, Galliciae, Lodomeriae, Cumaniaeq; Rex, omnibus tam praesentibus, quàm futuris, praesentes literas inspecturis, salutem in omniū saluatore. Ad vniuersorum tam praesentium, quàm futurorū notitiam harum serie volumus peruenire, Quòd cum Siculi de Wagh olim per Comitem suum fuissent plurimū aggrauati, nobisq; super gra-
uamine ipsorum huiusmodi ex parte eorum frequēius fuisset supplicatum: Nos qui ex officio suscepti regiminis nostri condolescere debemus cum moderatione petitionibus subditorū, eosdem Siculos à grauamine suo praedicto eximendos ordinaueramus, vt sub certo numero hominū, videlicet, centum armatorum, nobis & regno nostro in omni expeditione nostra seruire teneantur, super gratia seu misericordia nostrum priuilegium concedendo, sperantes, vt iidem ad seruitiū nobis & regno nostro impendendū vtilis & idonei habeantur. Verum quia praedicti Siculi in libertate persistentes praenotata, nobis in omnibus expeditionib. nostris, quas secundum temporis diuersitatē, & negociorum nostrorum qualitatē habere nos oportuit, vltra ipsam ordinationē nostrā, quasi de virtute in virtutem gradatim ascendentes, adeo gratum & laudabile seruitiū impenderunt, vt noster Regius animus frequētius in seruitiis quieuisset eorundē: Nos huiusmodi fidelitatibus & seruitiis eorū laudabilibus, & benignitate Regia, grato recōpensationis munere occurrētes, satisfacere cupientes, vt eo splendidius nobis seruire valeant, quo specialius eos amplectimur Regio cū fauore, talē eis gratiā duximus faciendā, quod nō sub certo numero, sed eo modo sicut seruiētes Regales p̄ se & p̄sonaliter armati nobiscū exercituare teneantur. Vt igitur haec à nobis concessa gratia robur obtineat perpetuae firmitatis, nec per quempiam processu temporis retractari valeat aut in irritum reuocari, praesentes concessimus literas.

CONCLUSIO CONFIRMATIONIS LODOVICI REGIS PRIMI, PRÆSCRIPTVM DECRETUM quondam Andreae Regis confirmantis Anno Domini 1351. qui obiit 1382.

Vide infra confirmationem Matthiae.

Nos, igitur, petitioni dictorum Baronum, Procerum, & nobilium regni nostri, aures exaudibiles, Regio cū fauore inclinātes, consideratis, & in memoriā reuocatis fidelibus obsequiis, & sincerissimis cōplacentiis eorundē, quibus in cūctis nostris, & regni nostri negociis, p̄speris pariter & aduersis, specialiter verò in sumēda vindicta innoxii sanguinis, olim domini Andreae, Hierusalē & Siciliae Regis, fratris nostri charissimi, beatae recordationis, cuius dirae necis acerbitas ferē totius orbis fines, seu plagas propulsauit, ad dictum Regnum Siciliae nobiscum proficiscentes,

scientes, inopinatis fortunæ casibus, & variis personarum periculis summa fidelitate fulti intrepidè se submittendo nostræ Maiestati studuerunt complacere, & se reddere uti gratiosos & acceptos, volentes votis ipsorum gratiosè occurrere, & eorum beneplacitum adimplere, ut ipsos ad similia fidelitatis opera exercenda deuota mente incitemus, prædictas literas ipsius domini Andreæ Secundi Regis, aui & prædecessoris nostri charissimi, aurea bulla sua roboratas, omni penitus suspicione carètes, de verbo ad verbum præsentibus insertas, acceptatibus, ratificantibus, & approbantibus, similiter cum omnibus libertatibus in eis expressis: Exceptis solummodo vno articulo prænotato, de eodem priuilegio excluso, eo videlicet, quod nobiles homines sine hærede decedentes, possint & queant Ecclesiis, vel aliquibus aliis, quibus volunt, in vita, vel in morte, dare & legare, possessiones eorum vendere, vel alienare, imò ad ista facièda nullam penitus habeant facultatè, sed in fratres optimos, & in generationes ipsorum possessiones earumdem de iure, & legitimè, pure & simpliciter, absque contradictione aliquali deuoluatur, ut tenor continet priuilegii bullarum domini Andreæ Regis suprascripti confirmantis, & easdem libertates de beneplacita voluntate Serenissimæ Principissæ, dominæ Elizabeth, eadem gratia Reginæ Hungariæ, genitricis nostræ charissimæ, ac de consilio eorundem Baronum nostrorum, & Regiæ benignitatis clementia innouandas, ipsos eisdem perenniter commisimus fruituros, & gauisuros.

ARTICVLI NOVITER CONCEPTI PER LODOVICVM.

Primò ut viri Ecclesiastici pendente lite in nobiles per censuras Ecclesiasticas procedere non possint.

INSUPER pro tranquilliori statu, & pacifico commodo regnicolarum nostrorum, de voluntate eiusdem genitricis nostræ, & consilio eorundem Baronum nostrorum, ipsis ex solita libertate huiusmodi libertates infra scriptas superaddendum duximus & concedendum: quòd si Prælati, vel aliqui viri Ecclesiastici, contra nobiles regni nostri in aliqua causa in præsentia alicuius iudicis regni nostri processerint, & litè habuerint; tunc pro causa, pro qua agitur, lite pendente, interdictum in eos ponere, vel contra ipsos sententiam excommunicationis non possunt promulgare, sicut hactenus vsi sunt, & consueti, absque scitu & notitia Regiæ Maiestatis. Et si iidem viri Ecclesiastici, seu Prælati, tramite iuris obseruato, in alicuius Regii iudicis præsentia de iure conuicti fuerint; tunc in eandem grauaminis poenam, qua eorum aduersarios intendebat aggrauare, incidant eo facto. nec pro funere hominum per aliquem vel aliquos interemptorum Archidiaconi mala consuetudine, sicut vsi sunt, vnam marcam exigere valeant, atque possint.

Quòd minuti conuentus ab emanatione literarum, factum perpetuitatis possessionum tangentium, cessent.

MINUTI etiam conuentus ab emanatione literarum suarum, super perpetuatione possessionum conficiendarum, cessent, & eorum sigilla omni careant firmitate.

De lucro Camera, quando fuit institutum.

LVCIVM Camera, prout tempore inclyti Principis Domini Caroli, olim Regis Hungariæ, genitoris charissimi, piæ memoriæ, de quolibet integro fundo curiæ tres grossi soluebantur: sic & nunc cum tribus grossis, in nostra Camera eadem (quoniam grossorum vnus sex denarios Camera nostræ in valore, & quantitate sex lotorum Wienensium valeat, & ipsorum grossorum quatuordecim vnum fertonem faciant) persoluatur. Superfluos autem denarios, dicarum redemptionem, & victualia recipere non valeant.

De exemptis à solutione lucri Camera.

VILlicos, & seruientes in propriis eorum possessionibus commorantes, ac seruos ipsius lucri Camera dicatores dicare, & super ipsos lucrum Camera exigere non possint. Et generaliter dicendo, nihil plus, quam tres grossos, recipere valeant, & extorquere.

De solutione & exactione Nonarum.

Donarum
exactio iam
228. annis
durat.

PRÆTEREA ab omnibus Iobagionibus uostris aratoribus, & vineas habentibus in quibuslibet villis liberis, ac etiã Vdwarnicalib. villis, quocunq; nomine vocitatis, ac Reginalibus cõstitutis, exceptis ciuitatibus mutatis, nonã partẽ omnium frugum suarũ, & vinorũ suorum exigi faciemus, & domina Regina exigi faciet, ac prædicti Barones, & nobiles similiter ab omnibus aratoribus, Iobagionibus, & vineas habentibus in quibuslibet possessionibus ipsorum existentibus, nonã partem omnium frugũ suarum, & vinorum suorum, pro eorũ vsibus exigant, & recipiant.

Quòd viri Ecclesiastici similiter nonas exigant, & decimas.

PRÆLATI quoq; & viri Ecclesiastici Iobagiones habentes, primò decimas, posthæc ùmilter nonam partem omnium frugum suarum, & vinorum ipsorum exigant. Et si qui in exactione prædicta secus fecerint, nos in talium rebellium, & præsentem nostram institutionem alternantium, possessionibus pro vsu nostro, ipsam nonam partem ipsorum frugum & vini exigi faciemus, sine diminutione & relaxatione aliqua: vt per hoc honor noster augeatur, & ipsi regnicolæ nostri nobis fidelius possint famulari.

*De redemptione literarum super possessionibus donatis
in Cancellaria.*

DE possessionibus enim à nobis, & nostris successoribus inueniendis, iuxta earum quantitatem, videlicet de possessione prouentuum decem Marcarum facientium, vicecancellarius noster vnã Marcã, & scriptor vnum fertonem; & de maioribus possessionibus prouëtus, viginti marcarum facientes, duas marcas, & scriptor similiter vnum fertonem recipere possint, & habere: & sic consequenter iuxta excrescentiam possessionum denuò inueniendarum.

De tributis siccis iniustis super terris siccis, & fluuiis.

TRIBUTA omnium iniusta super terris siccis, & fluuiis, ab infra descendentibus, & supra euntibus non exigantur, nisi in pontibus & nauigiis ab vltra transeuntibus soluantur, cum in eis nobiles & ignobiles Regni nostri multum & nimium percepimus aggrauari.

*De conuictis in iudicio per iudicem captiuandis, & infra triduum
causa pacis conseruandis.*

CÆTERVM, si quis nobilis ordine iudiciario in facto potenciali succubitus duelli in pœna calumniæ, astationis falsi termini, & exhibitionis falsarum literarũ, ac sententiæ capitalis, pro quocunq; facto, in præsentia palatinali, & iudice curiæ nostræ, aut alterius cuiuscunq; iudicis, cuiuscunq; præsentia conuictus fuerit: iudex illius causæ talẽ conuictum recaptiuet, & tribus diebus causæ reformationis pacis inter partes fiendæ, & ordinandæ detineat. Et si concordare nequirent, tunc in manus sui aduersarii ad infligendum sibi pœnam, iuxta consuetudinem, & de iure debitam, assignet; & si tali conuicto pars aduersa sine receptione alicuius pecuniæ vel grauaminis possessionis suæ complacuerit, erit expeditus.

*Quòd filii, fratres, proximi, sorores, & uxores pro excessu talis
perempti non impediuntur.*

FILII quoque, fratres, proximi, sorores, & uxores pro excessu talis perempti hominis nõ debeant aggruari, sed in possessionibus, domibus, & bonis ipsorum pacifici & quieti permaneant. Si autem cum parte aduersa homo præmissõ modo conuictus posset concordare, iudex non vltra, nisi quinquaginta marcas, dãdo sibi terminum debitum ad easdem persoluendas, recipere possit. Et si dato sibi termino soluere non curaret, de possessione sua, expirato ipso termino, recepto homine Regio, & testimonio alicuius capituli vel credibilis cõuentus, portionẽ, vel portiones ipsas, quinquaginta marcas valẽtem, vel valentes, possit occupare, tam diu possidendam, vel possidendas, donec per hos, quorum redemptioni eadem vel eadem magis conuenire dignoscuntur, pro ipsis quinquaginta marcis redimantur.

Quòd homines nobiles regni eadem libertate gaudeant.

Huius legis
fit mentio
Bonfin. pag.
629. v. 31

AD eorundem etiam nobilium petitionem annuimus, vt vniuersi viri nobiles intra terminos Regni nostri constituti, tam in tenentis ducalibus subinclusiue terminorū ipsius regni nostri existentibus sub vna & eadem libertate gratulētur.

Quòd nobiles inter fluuios Drawe, Zawesac de Posega, & de Wolko, à solutione marturinarum exempti habeantur.

LVCIVM etiam Camera nostræ nobiles inter fluuios Drawan, Zawan, ac de Posega, & Walko, cum aliis veris nobilibus Regni nostri vnanimiter soluere teneantur, nec ratione collectæ marturinarum Bansulus mara vocatarum à modo, & in posterum inolescerent, sed ab omni exactiōe aliarum quarumlibet collectarū
10 haftenus persolui consuetarum, exempti penitus, tanquam cæteri nobiles nostri aliarum partium immunes habeantur.

Quòd possessiones nobilium, in quibus minerae reperiuntur, Regia Maiestas absq; æquivalentibus possessionibus non auferat.

SI quæ verò minerae auri, vel argenti, cupri, vel ferri, aut aliæ fodinæ in possessionibus nobilium inuenientur, absque competenti concambio, non auferantur: sed pro talibus possessionibus mineras auri in se germinandis, si Regiæ placuerit voluntati, æquales possessiones conferat nobilibus prænotatis: alioquin si possessiones ipsas minerosas Regia Maiestas pro concambio habere nolit, extunc ius Regale, seu vrburas iuri Regio pertinētes, recipere suo nomine faciat, easdemq; possessiones 20 ipsis nobilibus cum cæteris quibuslibet suis vtilitatibus, prouētibus, ipsis nobilibus, & iuribus relinquentibus, prout etiā idem dominus Carolus Rex, genitor noster charissimus, ipsis regnicolis annumerat literarū suarum per vigorem.

Quòd nomen Regium super factis possessionum donatarum litigiorum quæstioni non immisceatur.

SI autem alicui possessionem; vel possessiones contulerimus, ille possessionem, vel possessiones eidem collatas, pro se recipiat, & non nomine nostro, sed nomine ipsorum proprio, cum conditionibus, in statutiōe dictæ possessionis à parentibus trahat litem; itaq; nomen nostrum ipsi litigiorum quæstioni non immisceat, nec procuratorias literas ad executionem talium causarum à nobis recipere possint, seu impetrare: nobiles etiam ad locatibutorum ire non compellantur, sed per portus, quo voluerint, libero transitu absq; aliquo impedimento potiantur: nec etiam Iobagiones aliquorum regnicolarum nostrorum ad Regiam, vel Regi- 30 nalem Celsitudinem pertinentes, vel ad Ecclesiarū Prælatos, aut potentes Regni nostri attinentes, absq; voluntaria permissione dominorum eorundem Iobagionum potenter non abducantur.

Quòd nobiles tempore nuptiarum ad solutionem vnius marca in loco tributario non cogantur.

DENIQUE istam consuetudinem, quòd dum nobiles Regni nostri ad conducendas vxores eorum accedunt, & more solito, cum eorum vxoribus ad propria redeunt, in pontibus, & tributis vna marca exigitur, duximus cassandum, & annihilandum: nihilominus etiam in ciuitatibus, & liberis villis Regalibus, & Reginalibus, Prælatorū & Baronum & aliorum nobilium tenentis, & possessionibus Iobagionibus & regnicolarum nostrorum pro pristinis factis non possint impedi- 40 ri, prohiberi & arrestari in rebus & personis, sed si iidem vulnera, læsiones, mortem, incendia, & alia consimilia enormia perpetrarent manifestè, extunc ex parte eorundem iudicium & iustitiam impendant, & quilibet querulatiū in priorū dominorum suorum præsentia, iudicium & iustitiam persequantur congruenter.

Quòd filius pro excessibus patris non puniatur.

PORRO, pro excessibus patris, filius nec in persona, imò nec in possessionibus, aut in rebus damnificetur. *Bonfin. pag. 629. c. 38.*

Quòd viri Ecclesiastici cum tribus literis inquisitoriis possessiones acquirere non possint.

EPISCOPUS quoque, capitula, Abbates, conuentus, præpositi, & cæteræ possessionatæ personæ Ecclesiasticæ, cum tribus literis inquisitoriis (nisi Regia Maiestas destinatis probis viris, quos maluerit, experiatur & informetur, inter nobiles & Ecclesias super possessiones acquirendas) possessiones nec requirere nec retinere possint, nisi cum literis priuilegialibus Regiis, vel Reginalibus, aut iudicium vicem gerentium Regiæ Maiestatis.

De testimoniis capitulorum, & conuentuum, & de salariis eorumdem.

HOMINES autem capitulorum, seu conuentuum, qui ex mandato Regio pro testimonio ducuntur, non possint esse, nisi hi, qui dignitates habent in eadem Ecclesia: & si ipsius capituli, vel conuentus testimonium in equo suo proprio ductus fuerit, tunc per diem duos grossos; si verò in equo ipsius nobilis ducetur, tunc per diem vnum grossum ipsi iidem nobiles dare teneantur.

Quòd homo Regius fieri non possit, nisi de eodem comitatu, in quo est ille qui citatur.

HOMO autem Regius, qui ducitur ad citandum, vel ad inquisitionem faciendã, non possit esse aliunde, nisi de eodem comitatu, vel districtu, in quo est ille qui citatur, vel contra quem fit inquisitio, & capitulorum testimonium de propinquo-ribus capitulis adducatur, ad citandum, ad inquirendum.

Quòd inquisitiones non possint aliter fieri, nisi nobilibus inuicem congregatis.

QVOD inquisitiones non possint fieri per alium modum, nisi mediantibus literis Regalibus, vel Palatini, aut iudicis curiæ Regiæ, & congregentur nobiles illius comitatus vel districtus in vnum, ab eis inquirentur manifestè.

Quòd pro iudicio pacis tres Marca exigantur.

CAVSANTES enim in quacunque maxima & ardua causa, si concordare voluerint, iudex prohibere non possit, & de iudicio pacis ab ipsis non plus quàm tres Marcas exigere valeat quoquo modo.

Quòd vniuersæ causæ in facto possessionum absq; dilatione in tertio termino terminentur.

VNIVERSÆ etiam causæ in facto possessionum motæ, vel mouendæ, in tertio termino, absq; dilatione & prorogatione aliquali, terminentur.

ET vt præsentis nostræ confirmationis, innouationis, constitutionis, & libertatum largitionis, & concessionis series, robur obtineat perpetuæ firmitatis, nec villo vnquam tempore per nos, vel nostros successores, in aliqua sui parte quomodo libet valeat in irritum reuocari, præsentibus cõcessimus literas nostras priuilegiales, pendentis & autentici sigilli nostri munimine roboratas, datum per manus venerabilis in Christo patris, domini Nicolai eadem & Apostolicæ sedis gratia Episcopi Ecclesiæ Zagabriensis, aulæ nostræ Vicecancellarii dilecti & fidelis nostri, Anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo primo, tertio Idus Decembris, Regni autem nostri anno decimo. Venerabilibus in Christo patribus, & Dominis, Nicolao Strigonienfi, lociq; eiusdem Comite perpetuo, & Dominico Spalatenfi, Archiepiscopis, fratre Dionysio archielecto Colocensi, Nicolao Agriensi, Demetrio Waradiensi, Andrea Thinimensi, Colomano Iauriensi, Nicolao Quinqueecclesiensi, Michaeli Vaciensi, Ioanne Vesprimiensi, Thoma Chanadiensi fratribus, Thoma Seremiensi, Peregrino Bofesnensi, Stephano Nitriensi, Episcopis Ecclesiæ Dei fideliter gubernantibus: Magnificis Baronibus, Nicolao Palatino, & Iudice Comanorum, Nicolao filio Laurentii Waywoda Transsylvano, Oliuero, Magistro Thauernicorū nostrorum, & Iudice curiæ Dominæ Regiæ, genitricis nostræ charissimæ, Comite Thoma Iudice curiæ, Stephano, totius Sclauoniæ, & Croaciæ, Domino de Machow, & Nicolao à Zewrino Banis, Paulo Magistro Thauernicorū Reginalium, Bartholomæo Pincernarum, & Lewkews dapiferorum, Dionysio Agazenum, & Thewthews ianitorum nostrorū, nec nō Ioanne filio eiusdē Oliuerii dapiferorū Reginaliū Magistris, Simone filio Mauriti Comite Posoniense, & aliis quā plurib. Regni nostri comitatus tenentibus & honores.

GRATIA

43

GRATIA PER SIGISMUNDVM IMPE-

RATOREM INFIDELIBVS ET REBELLIBVS SV-

is facta ratione erectionis Banderii æmuli sui: nec non iniuria-

rum, damnorum, nocumentorum, Anno

Domini. 1403.

Nos Sigismundus Dei gratia Rex Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Marchio-
que Brandeburgensis, &c. Sacri Romani Imperii generalis Vicarius, & Regni Bo-
10 hemiæ gubernator, memoriæ commendantes ad vniuersorum noticiam volu-
mus serie præsentium peruenire, quòd quia nos ad instantem & denotatam sup-
plicationem fidelium nostrorum Baronum, procerum, & nobilium regni nostri
Hungariæ, hic nobiscum personaliter existentium, quorum proceribus propter
eorum fidelia & grauissima seruitia, atq; fidelitates eximias, consensum non pos-
sumus denegare: Decreuimus cum omnib. rebellibus, æmulis & aduersariis no-
stris, in regnis nostris Hungariæ, & Sclauoniæ, nec non in partibus Transsylvani-
ensibus constitutis & existentibus, veram pacem facere, & concordiam stabili-
re. Idcirco nos dictorum fidelium nostrorum supplicationibus fauorabiliter an-
nuentes ex innata nobis clementia, omnibus, & singulis Prælati, Baronibus,
20 nobilibus, militibus, clientibus, nec non cuiuscunque alterius præminentia vel
conditionis hominibus, in regnis nostris prælibatis, Hungariæ & Sclauoniæ, nec
non partibus Transylvaniensibus commorantibus, ad eosdemq; pertinentibus,
gratiam faciendi duximus, in hunc modum. Primò namq; quòd regia pietate cõ-
cedimus, quòd omnes ipsi Prælati, Barones, nobiles, milites, clientes, & alii præ-
titulati, ac hæredes eorum, & cuiuslibet eorum, occasione vel ratione erectionis
Banderii alieni nostri æmuli, & sub ipso contra nostram Maiest. & alios nostros fi-
deles, diuersarum pugnarum & conflictuum exercitationis, oblationis, etiam re-
ceptionis seu occupationis aliquorum castrorum, districtuum, villarũ & posses-
sionum, siue combustionis & deprædationis illorum & illarum, nec non dissipati-
30 tionis & perceptionis bonorũ, seu iuriũ nostrorum Regaliũ seu Ecclesiasticarũ,
vel nobilium, & generaliter quorumcunq; hominũ, ac etiam occasione captiuati-
onis, spoliationis, interfectionis, seu mutilationis quorumcunq; hominum, tam
nobilium, quàm ignobilium, necnõ cussionis monetarum seu denariorum, & ge-
neraliter cuiusuis enormi facti, per eos vel aliquem eorum simul vel diuisim, huc-
usq; quomodocunq; vel qualitercunq; factorum, gestorum & perpetratorũ, nullo
vnquam tempore quouis modo per nos, aut alios possint, vel debeant impedire, seu
aliqua qualiter aggrauari. Sed iidem à quibusuis causidicis intra vel extra iudiciũ, ab-
soluti, penitusq; supportati habeantur, nec nos quisquam iudex ordinarius regni,
ratione præuia iudicare valeant, aut damnificare, imò lites exinde subortæ, vel o-
40 riundæ, sopiantur, & sedentur, per iudices antefatos.

Item concedimus, quòd si aliqui ex regnicolis nostris prædictis, quæuis castra,
munitiones, seu fortalitia, spõtè, vel inuite manibus alienis tradidissent, seu etiam
si aliqua assumpta ibi votis extraneorum aliqua damna nobis vel regnicolis no-
stris intulissent, aut super ciuitates liberas, villas, oppida, & possessiones nostras,
vel aliorũ census, collectas, vel taxas recepissent, aut ad vrburas, Camerasq; saliu,
& lucrum Cameræ, siue aliorum quorumuis redituum, & prouentuum nostro-
rum Regalium, vel regnicolarum, debitè, vel indebitè se intromittentes, dissipas-
sent; ratione horum nec per nos, nec per aliquem possint impediri, sed penitus ha-
beantur absoluti.

Interea si qua castra, mutiones seu fortalitia, districtus, aut possessiones ad no-
50 stram regiam Maiestatem cuiuspiam hominum regnicolarum prædictorum forent
obligata, ille, vel illa, à nemine recipiant, nisi prius facta debita solutione, etiam si
ille, cui prius impignorata fuerant, alterq; ea nomine pignoris obligasset.

Concedimus quoq; quòd omnes donationes eis hæctenus factæ maiori sigil-
lo nostro de nouo fiendo confirmentur pro eisdem.

Cæterum si contigerit in posterum per regnicolas in regno aliquam congregationem generalem celebrari, in eademq; ratione præmissorum, nos vel aliquis ex regnicolis nostris aliquem ex prædictis Baronibus, nobilibus, militibus, clientibus, vel ad ipsos spectantibus, similiter coniunctim, vel diuisim, quocumque exquisito ingenio condemnare, aut aggrauare vellemus, vel niteretur rebus & bonis vniuersis facere, † valeamus atq; possint.

† forte, non
valeamus,
neq; possint.

Insuper omnes Episcopatus, dignitates, & beneficia Ecclesiastica quælibet.

Item castra Rohonch laurien: Hr w sow & Padalayn in casu, quo Nicolaus, filius Stephani de Liblio, & Patrem Podolayn non in honorem, sed in perpetuum haberi dono scitur, nec nō munitiones & possessiones à viris Ecclesiasticis, vel secularibus, aut nobilibus quouis modo ablatas, occupatas, & receptas, duximus eis, à quibus cædem abalienatæ fuerant, pleno iure remittēdas, illis videlicet, pro quibus vterq; Nicolaus, Waywodæ Transsylvanienfes duxerunt obsides nobis dandos.

Demum omnibus, & singulis prælatis, Baronibus, nobilibus, militibus, clientibus, cæterisq; cuiusuis status & conditionis hominibus, & regnis, & partibus superius nominatis, pro quibus ipsi Waywodæ ipsos obsides eorū stare voluerint, vsq; ad dies triginta à die datarum præsentium in antea memorandos ipsi nobis in scriptis nominatim intimauerunt gratiam facere, & eo modo quo cæteris rebellibus indulgere. De potioribus autem proceribus, ac sociis sequacibus, fautoribus, & adhærentibus ipsorum æmulatorum nostrorum, & cuiuslibet ipsorum, pro quibus obsides non habuimus: statuimus, quòd illi, si vsq; ad festum dominicæ natiuitatis nunc venturæ, coram nostra maiestate in dicto regno nostro Hungariæ existentes, personaliter comparuerint, debeant, cum consilio tamen Prælatorum, Baronumq; nostrorum consilii nostri, in forma aliis concessa, gratiam obtinere; si verò venire cōtempserint, eis præsens gratia nihil suffragetur. De familiaribus verò quorumcunq; æmulatorum præfatorum, necnon de quibuscunq; nobilibus in præfatis regnis nostris Hungariæ, Sclauoniæ, & in partibus Transsylvanienfibus, possessiones habentibus, decernimus, quòd in præsens gratia ipsis generaliter computetur, ita tamen, quòd infra anni reuolutionem proximè futuri, à die datarum præsentium inchoando, causa infidelitatis ostendēdæ corā nostra Maiestate se præsentando, literas nostras Regales pro se obtineant superinde: quòd si fortè nōnulli ex rebellibus, & æmulis nostris superius designatis, seu ex sequacibus eorum, aliqua spolia, incendia, damna, maleficia, rapinas, cædes, seu alias cuiuslibet generis offensiones deinceps commiserint, vel perpetrauerint seu quicquam cōtra Maiestatem nostrā attemptare præsumperint, videlicet illi inter partes Transsylvanienfes, & Drawan commorantes, post dies octo; illi verò de partibus Transsylvanienfibus, post dies viginti; si illi qui sunt trans Drawam, post dies quindecim, à die datarum præsentium in antea computante, volumus quòd possint, non obstantibus contentis in literis nostris, secundū formā iuris & iustitiæ condēnari.

Postremò donationes vniuersas per nostram Maiestatem de possessionibus, castris, oppidis, & districtibus dictorum Prælatorum, Baronū, nobilium, militū, clientium, & ad eos pertinentium præscriptorum, quibusuis durantibus præsentis guerra, hactenus factas, simul cum omnibus literis exinde scriptis vel cōfectis, irritantes atq; annullantes, à prioribus possessoribus earundem censemus eo iure, quo antea possederunt, eas tenere, ac etiam gubernare: spondentes, atq; promittentes omnia præmissa, & singula eorum, eis, & quibuslibet eorū, & ad ipsos pertinentibus hæredibusq; ipsorū purè, & sincerè, sine omni dolo, & fraude aliquali, bona fide & iuuolabili mediante firmiter obseruare, ita videlicet, vt vbi aliquis eorū quouis modo resiliendo contra nostrā Maiestatem rebellizantes niteretur, atq; vellet, tunc nos talem cum Prælatis & Baronibus nostris, qui tunc ipsi de cōsilio nostro fuerint, simul, & coniunctim, non autem diuisim, agnitis suis demeritis, prout qualitas exiget, iuxta regni nostri antiquam consuetudinem, punire valeamus. Datum Budæ feria secunda proxima post festum sancti Francisci confessoris, Anno Domini millesimo quadringentesimo tertio.

SIGISMUNDI IMPERATORIS DECRE-
TVM SVPER DONATIONIBVS POSSESSIONVM IN-
fideliū, Anno Domini 1404.

Nos Sigismundus Dei gratia, Rex Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Marchioq;
Brandēburgensis, &c. sacri Romani Imperii vicarius generalis, & regni Bohemię
gubernator, memoriæ cōmendamus, tenore præsentium significātes, quibus ex-
pedit vniuersis, quæadmodū nobis alias extra regnū nostrū in partibus Bohemiæ
pro sacri Ro. Imperii honore, & iure nostri patrocini, pro posse infudandū & la-
borandū, q; quidā Prælati, magnates, proceresq;, & nobiles regni nostri, malo freti
consilio, imò rebellionis calcaneo ducti, & in improbū sensum dati, ingrati, & im-
memores beneficiorū nostrorum à Celsitudine nostra susceptorū & crimen læsæ
Maieſt. similiter cōspirātes: Nos verò Regē, & Dominū Hungariæ diademate, &
folio ipsius regni nostri, cui iā à Deo propitio ferè 16. annis fœliciter regnauimus,
imperauimus, priuare, & destituere, aliumq; eis ignotū in Regē, vtputa Ladislāū,
filium Karoli de Duracio eligentes, in dictū regnum nostrum introducere satage-
bant, tandēq; assistentibus nobis domini remedii adiutores nonnullorū fidelium
Baronum, & procerum nostrorū interueniente subsidio gubernacula dicti regni
nostrī votiuè re adipiscētibus, plerisq; ex dictis infidelib⁹ nostris iuxta demeritorū
suorū exigente digna correctionis linea feriri, aliasq; castris, tenutis, districtibus,
Comitatib. oppidis, possessionibus, & cunctorū bonorū munerib. tanquā per no-
tā infidelitatis huiusmodi rebellū ad manus nostras regias deuolutas, & redactas,
de dictisq; manibus nostris regiis, nōnullis p̄dictis fidelibus Baronibus, proceri-
bus & nobilib. nostris, partem nostrā animo constanti & fidelitate firma tenente,
fauente, & magnificāte, iuxta laudabiliū seruitiorum ipsorū merita, vigore certa-
rum literarū nostrarū exinde cōfectarū, iure perennali dedisse, donasse, cōtulisse
& distribuisse perhibemur & recordamur. Itaq; nunc nonnulli forent regnicolæ
nostrī, quorum, vt præmittitur, possessiones, & possessionaria per Maieſt. nostram
modo præmissa, præactis nostris fidelibus donata, & distributa existunt, qui his
tribus modis infra scriptis lamentalibus querelis nostram infestant Maieſtatem.

Primò qualiter nonnulli essent ex ipsis, quorū licet iura possessionaria propter
notam infidelitatis ipsorū dictis nostris fidelibus in eum contulerimus: tamen tā-
dem moti regia pietate, qua delinquentibus veniam solemus impartiri, ipsis capitibus,
possessionibus, ac rebus & bonis ipsorū vniuersis gratiā fecissemus specialem.

Secundò. a. quibusdam ex ipsis, licet iura possessionaria ipsorum per eandem
notiā infidelitatis aliis infidelibus nostris donauerimus; tamē ipsi iuxta gratiā per
nos, ac Dn. Ioan. Archiep. Strigonienſem, necnō vtrosq; Nicolaum, alias Way-
wodas, nostras Transsylvanienses, fœliciter factam, initam & motam, à quibusuis
malorum generibus, necnō actibus potentiariis, & iniuriis cuiusuis inferendis,
superfediſſent, prorsus & cessassent, nec vnquam post prædictam gratiā nobis, aut
cuiusuis regnicolarum nostrorum, adhærendo nostris rebellibus & æmulis, ali-
quam iniuriam, damna, nocumentu, insolentiasq; & opprobria intulissent.

Tertiò. a. essent tales, quorum similiter iura possessionaria pro præmissa nota
infidelitatis aliis nostris fidelibus certarū nostrarum literarū donationaliū vigo-
ribus cōtulissemus, quo nunquā, & maximè in his elapsis proximis disturbiorum
tēporibus, aliquā noxii criminis infidelitatis, aut alius cuiusuis cōtagionis notā in
se cōtinentem, cōtra nostram Maieſtatem, & sacrum nostrum diadema, aut alios
quoscuq; infideles nostros palām, vel occultè perpetrassent, & commisissent, pa-
riterq; ipsi huiusmodi possessionibus, & iuribus possessionariis non essent digni, &
meritò priuandi, & destituendi, supplicium modo culmini vocibus gemebundis,
& ipsis circa præmissa de remedio dignaremur prouidere opportuno.

Nos itaq; qui ex suscepti regiminis officio, causas quorumlibet oppressorum &
querulantū omnino metiri debem⁹, iustitia requirete, auditis, & sanè intellectis
propositionibus præmissis, vnā cū fidelibus Prælatiſ, Baronibus, & p̄ceribus nostris
maturo exinde p̄habito & digesto consilio, circa p̄missos articulos, obiectiones,

& querelas permouere querulantes modo superius specificato, coram nobis, ac ipsis Prelatis, & Baronibus nostris propositos & declaratos, vna cum eisdem sanximus, decreuimus, & instituimus, super hisque statum fecimus, vt hi omnes, & singuli regnicolae nostri, quo, vti superius expressatum est, iura possessionaria aliis fidelibus nostris praetextu praemissae notae infidelitatis contulisse dignoscimur, hos nostros fideles, apud quos dicta iura possessionaria existunt, in domibus eorum propriis, aut aliis vbi reperiri potuerint, mediantibus hominibus nostris regis, & testimoniis aliquorum credibilium capitulorum vel conuentuum contra seipsos personaliter, vel per Procuratorem nostrae Maiestatis personaliter, vbi tunc (Deo duce) vna cum eisdem Prelatis, Baronibus & proceribus nostris fuerimus constituti, 10
 euocent in praesentiam, merum, plenum, & condignum iudicium, finemque decisivum recepturi causa in praemissa. Adueniente aut ipso termino, ipsis partibus coram nobis pro habendo in eorum causa moderatio iudicio, si inquinantur ipsae partes vnanimi & concordia voluntate seipsos in eorum causa, attestacione seu testimonio aliquorum fide dignorum proborum nobilium virorum, qui fideles fuerint a principio, & sunt, nostrae Maiestati sponte submiserint, & compromiserint: Ex tunc idem ipsa compromissio ipsis partibus per nos, ac ipsos Barones nostros admittatur & consentiatur, inter ipsasque partes iuxta formam huiusmodi compromissionis, aut attestacionis, iudicium & iusticiam exhibeant indilate, prout conueniens fuerit, & iuri videbitur expedire. In casu vero, quo partes praetactae in huiusmodi testi- 20
 uum discordes fuerint, tunc nos Prelatos, Barones, aut ceteros nobiles illius Comitatus, in quo ipsae possessiones denotatae & collatae existunt, quae nobis fideles fuerint, vel in ipso Comitatu tot & tanti nobis fideles in numero pro tunc non fuissent, quorum testimonium super his sufficiens esset, & acceptandum, tunc alios nostros fideles alterius Comitatus, ipsis possessionibus collatis propinquiores, de fidelitate vel infidelitate partis, quae inculpatur, per ceteras literas nostras requirere, & ab ipsis exinde meram certitudinem recipere & experiri teneamur, vt recepta rei veritate, inter ipsas partes finem facere valeamus indilatam.

Ad conclusionem autem horum articulorum, Primò quicumque regnicolarum nostrorum, quorum iura possessionaria modo antelato, cuiusdam fidelium nostrorum sunt collata, se annotatum gratiam per nos ipsis domino Archiepiscopo & Waywodae factam, per euidens documentum, aut alia credibilia testimonia veraciter obseruasse comprobare poterunt, tales rursus in plenum dominium vniuersorum iurium ipsorum possessionariorum debent esse in continenti restituendi. Illis vero nostris fidelibus, apud quos ipsa iura possessionaria extiterint, loco eorundem alias possessiones aliquorum infidelium nostrorum notiorum a nobis impetrauerint, & seipsos ipsi infideles ab ipsa nota infidelitatis expurgare non valuerint, allegantibus solum sub ipsis capitibus possessionibus, & bonis eorum, post ipsam donationem nostram, per nostram Maiestatem gratiam fore factam, in pleno domino ipsarum possessionum ipsis donatarum in aeuum debeant remanere, 40
 nec vnquam ipsis possessiones ab eisdem nostris fidelibus modo qualicumque absque bona eorum annuentia & voluntate auferre valeamus, nec ipsis infidelibus nostris ipsa gratia nostra quoad reuocationem ipsarum possessionum eorum possit in aliquo suffragari, quoniam volumus huiusmodi donationem nostram semper & vbiq; in sui roboris firmitate inuiolabiliter permanere.

Item, quicumque fidelium nostras aliquas possessiones infidelium nostrorum a culmine nostro modo qualicumque obtinuerit, vel impetrauerit, seipsumque in dominium huiusmodi possessionum, per nos sibi donatarum, tepiditate, aut aliqua inertia ductus, infra tempus legitimum, vt puta infra anni reuolutionem, per nostrum, aut capituli, vel conuentus homines, prout moris est, statim non faceret, 50
 tales vigores literarum suarum donationalium perdidit, ipsaque possessiones rursus ad manus nostras regias sunt deuoluendae eo facto, aut his regnicolis nostris, quorum capitibus & possessionibus gratiam fecissemus, in eo casu debeat esse utique restituendum.

Illorum autem infidelium possessiones, quorum solum capitibus, & non possessioni-

10
 sessionibus gratiam fecisse perhibemur, nobis retinemus, aut si cuiusq; ipsas ma-
 luerimus donare, id in nostra constat, & costare poterit voluntate. Qui verò mo-
 do & consuetudine obseruatis, se vigore donationis nostræ regię in dominium
 possessionum sibi datarum, infra tempus legitimum, per nostrum & capituli aut
 conuentus homines introduci, ac per ipsos homines sessionem debitam, coram
 dicto capitulo, aut conuentu (prout moris est) fieri procurarunt, occurrentibusq;
 interim, & imminentibus aliquibus sibi impedimentis aut obstaculis eorundem
 capituli, vel conuentus, ipsum capitulum vel conuentus ipsas literas statutorum
 ob contradictorum nihilationem, aut aliam potentionariam resistentiam, aut fa-
 uorem, seu formidinem dictorum nostrorum infidelium, vel fratrum eorundem,
 aut aliis causis expressis extradare, & emanari facere recusassent: tunc ex eo non
 debent perdere vigorem literarum suarum donationalium, dummodo de ea re
 legitime doceant, de & super his perhibeant testimonium veritatis.

20
 Propterea, quicumque fidelium nostrorum in dominium possessionum ob
 notam infidelitatis alicuius per nos sibi donatarum, infra anni reuolutionem, aut
 hucusque, aut ob metum & potentiam sui aduersarii, vel de nostra commissione,
 seu mandato, aut prorogatione se statui facere nequiuisset, & in dominium ea-
 rundem legitime introire; & id ritè, & legitime, cum sufficienti testimonio posset
 comprobare: similiter volumus, vt ex eo non perdat vires literarum suarum do-
 nationalium.

30
 Volumus etiam, quòd præsentis scripti nostri patrocinio stabilimus, vt hi om-
 nes, & singuli nostri fideles, qui de possessionibus eorum per nostram Maiestatem
 eis prætextu aliquarum infidelitatum donatis, vigore gratiæ nostræ per nos si-
 bi ipsi infidelibus factæ, aut per ipsos infideles, aut alios quoscunque potentia-
 liter exclusi essent, vel qui, vt præmisimus, ob metum dictorum aduersariorum
 eorum, hucusque dictas possessiones intrare nequiuissent: rursus in plenum do-
 minium earundem per Comites parochiales illorum comitatum, in quibus ipsæ
 possessiones existunt, modis omnibus restituantur, & introducantur. Volumus
 etiam, vt numeros eorundem fidelium nostrorum augeatur, & via recludatur de-
 linquentium. Sanximus, vt quicumque regnicolarum nostrorum quibusuis no-
 stris infidelibus, facto, aut subsidio expensarumque largitione subuenisse, aut ipsis
 hospitalitatem præbuisse, probare potuerunt: Hi omnes similiter perdant iura
 ipsorum possessionariorum vniuersa. Datum Budæ feria tertia proxima post do-
 minicam Inuocauit, Anno Domini millesimo quadringentesimo quarto.

D E C R E T V M S I G I S M V N D I, P O S O.

N I I E D I T V M A N N O

I 4 3 5.

40
 SIGISMUNDVS diuina fauente clementia, Romanorum Imperator, semper Au-
 gustus, ac Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramiæ, Seruiæ, Galliciæ, Lo-
 domeriæ, Comaniæ, Bulgariæq; Rex, &c. Vniuersis Christi fidelibus, præsentibus
 pariter & futuris præsentium notitiã habituris, salutē in omnium Salvatore. Inter
 cuncta quæ p subiectorum salute conseruanda nostræ meditationis perpendit a-
 cumē, ad ea psertim cordis nostri curas innata nobis inclinatione natura solemus
 diuertere, quibus humanæ temeritatis audacia effrenata nōnunquam vinc̄ta po-
 tentia reprimatur, & iuris integritas abutentiū p̄uaricatione deprauata, nunc ap-
 50
 tiorum consuetudinū declaratione, nunc nouarum vtili constitutioni le-
 gum participantes prouidentia reformetur. Proinde ad vniuersorum, t̄i præsen-
 tiū, quàm futurorum noticiam volumus peruenire, q̄ cum nos pro imperiali fa-
 stigii honore finaliter adipiscendo, post electionem nostrā in Regem Romanorū
 factā, & primæ coronæ Regiæ Aquis grani susceptionē, nouissimè sacri Ro. Impe-
 rii principibus, electorbis nobis consulentib. in partes Lombardię descēdendū,

in ciuitate Mediolani sanctam coronam regiam Rom. Imp. recepisse, & de-
 mum in urbem Rauennam profecti fuisse, insulasque nostras imperiales, de
 manibus sanctissimi domini nostri, domini Eugenii Papæ quarti, cū debita solen-
 nitate suscepisse, & deinde nonnullis partibus Italiæ & Germaniæ perlustratis.
 rebusq; tam sanctæ Romanæ Ecclesiæ, quàm nostris Imperialibus nobis interim
 occurrētibus, votiuè dispositis exonerati, tum in peculiare regnum nostrū Hun-
 garicum medio tempore præsentia nostra regali viduatum, iniuriis & damnifica-
 tionibus potentialibus in suo statu, & sine quietis & pacis amœnitate disturbatum
 regressi, in hac ciuitate nostra Posoniensi primam residentiam personalem fecis-
 semus, ac vna cum fidelibus nostris, Prælati videlicet, & Baronibus eiusdē Regni
 nostri, ad nostram Maiestatem confluentibus, certam conuentionem nobilium
 de singulis ipsius regni Comitibus conuocari fecissemus: Tandem ipsorū con-
 gregatione adunata, de eorundem Prælatorum, & Baronum nostrorum, nec nō
 nobilium regni nostri, totum corpus eiusdē regni cum plena facultate absentium
 repræsentantium, vnanimi voto, consilio, deliberatione & consensu pro debita,
 ordinata, & forum iustitię administratione incolis eiusdem regni equaliter omni-
 bus de cætero exhibenda, necnon quieto & tranquillo statu eorundem regnico-
 larum inscriptas constitutiones, statuta & leges in perpetuum duraturas, & inui-
 labiliter obseruandas disposuimus, decreuimus ordinandas, declarandas & fir-
 mandas.

De iudicibus ordinariis Regni, & de eorum iuramento.

PRIMO quidem, vt omnis scrupulosa suspicio, quæ contra iudices, & iusti-
 ciatos ipsius regni nostri, de fauore, odio, aut quoquo modo cōcipi posset, de cor-
 dibus quorumlibet penitus remoueatur, & tollatur, statuimus, vt semper successi-
 uis temporibus omnes & singuli iudices, & iusticiarii, dicti regni nostri, tam eccle-
 siastici, quàm seculares, qui videlicet in Palatinum, vel iudicem curiæ, magistrum
 Tauernicorum Regalium, cancellarium, aut vicecancellariū Regalem, in proto-
 notarium seu vicegerentem iudicum præactorum, ac etiam assessoris in iudicio,
 in Waywodam partium Transsylvanienſium, Comitem Sicularum, Banum re-
 gnorum Dalmatiæ & Croatiæ, Banum Sclauoniæ, Banum Mochoniensem, ac in
 Comites quorumlibet Comitatum, & iudices nobilium eligentur & assumentur,
 eorūdemq; in iudicatu vicegerētes, iustituti, & assessores, tēpore receptio-
 nis eorundem, ad huiusmodi honores & officia administrationis iudiciæ & iusti-
 tiæ, in manibus nostris regis, vel deputatorum à nobis, iuramentum præstare te-
 neantur, per formam verborum infra scriptorum.

Forma iuramenti.

E G O N. iuro per Deum, & gloriosam Dei genetricem, virginem Mariam, per
 omnes sanctos & electos Dei, quòd omnibus, & singulis, coram me causantibus,
 absque cuiusuis personæ, diuitis scilicet & pauperis, acceptione, omnibus prece,
 præmio, fauore & amore, & odio postpositis & remotis; prout scilicet secundum
 Deum & iustitiam faciendū cognouero, iustum & verum, iustitiam & iudicium
 faciam meo pro posse: sic me Deus adiuuet, & beata virgo Maria, & hoc signum
 viuificæ crucis Domini nostri Iesu Christi.

De electione iudicum nobilium.

IUDICES autem nobilium in quolibet Comitatu eligantur, vt præfiantur
 ex nobilibus potentioribus, & bene possessionatis illius Comitatus communiter
 omnibus nobilibus eiusdem Comitatus concorditer visi, & meritò acceptandi.

*De pœna recusantium assumere hoc officium, & quòd infra quinquen-
 nium non possit iudex nobilium iterum ad hoc officium
 assumendum coarctari.*

ET ipsi electi teneantur non refutare, sed suspicere officium iudicatus, sub
 pœna viginti quinque Marcarum, per ipsam communitatem, si secus fecerint, ir-
 remissibiliter exigendarum, exceptis tamen officiolatus, & honores regios, regi-
 nales,

nales, Prelatorum, Baronum, vel aliorum tenentibus, vel stipēdia ratione exerci-
tuationis habentibus, vel aliis rationabilibus ex causis in ipso Comitatu cōtinuam
residentiam non facientibus, & huiusmodi officium ad minus per annum exer-
cendum, habentibus sigillum cognoscibile, ad dandum cum sigillis aliorum iudi-
cum nobiliū, & Comitum, vel Vicecomitum, literas fide dignas. Si verò elapso anno
voluerint, habeant recusandi facultatem. quòd si resignauerint, aut per commu-
nitatem nobilium comprouincialiu remoti, seu mutati fuerint, ante annū quin-
tum futurum ad officium assumendum inuiti non coarctentur.

De diuisione byrsagiorum inter Comites & iudices nobilium.

10 DE byrsagiis autem Comitum parochialium ad portionem iudiciariam ce-
dentibus, Comites parochiales, & iudices, æquam inter se diuisionem facere te-
neantur in duas partes.

De proclamata congregatione generali.

VERVM quia frequenti querela regnicolarum nostrorum, imò quadam pal-
pabili experientia teste, nostra percepit Celsitudo, per nonnullas possessionū oc-
cupationes, & potētiarum actuum illationes, eosdem regnicolas, inferiores vide-
licet, à potentioribus multipliciter opprimi & grauari, ideo volentes insolentiis &
nouis † attemptionibus pro remedio opportuno viam præcludere: Statuimus &
20 ordinamus, quod quodcumq; & vbicumq; fuerint factæ possessionum aut terra-
rum occupationes, potentiarum vadationes, seu rerum & bonorum occupatio-
nes, ablationes, succisiones sylvarum, interemptions, vulnerationes, & verbera-
tiones hominum, domorum & possessionum inuasiones & deprædationes, & alii
similes noui actus potentiarum maiores; extunc læsi, damnum & iniuriam passi,
impetratis literis Regalibus nostris querimonialibus, & præceptoris, Comites
parochiales, & iudices nobilium Comitatus illius, in quo facta huiusmodi patra-
ta extiterunt, accedant, & requirant: qui quidem Comites, & iudices cum testi-
monio capituli, & conuentus illi Comitatu deseruire soliti, à vicinis & comme-
taneis, & nobilibus comprouincialibus, sub certis pœnis in huiusmodi literis no-
30 stris Regalibus declaratis, in sedem eorum iudiciariam, per modum proclamatæ
congregationis, partibus quoque litem habentibus conuocatis, ad fidem eorum
Deo debitam, fidelitatemq; nobis, & sacre coronæ nostræ obseruandam, tactis
sanctorum reliquiis præstitam, super huiusmodi nouis occupationibus possessio-
nariis, & aliis actibus potentiarum, plenam & indilatam requirāt veritatem: qua
requisita, & inuēta, possessiones occupatas, autoritate, in hac parte eis attributa,
mediante, restituant eisdem, à quibus fuerant indebitè occupatæ, ipsosq; in domi-
nio earumdem protegant, & conseruent; alia verò bona, & vada potentialiter
ablata, absq; defectu reddantur, & restitui faciant.

† antecepta-
tionibus per
media oppor-
tuna.

40 *Quòd habita sufficienti inquisitione, & satisfactione impensa, fa-
ctum potentiarium ad curiam Regiam deciden-
dum transmittatur.*

SUPER facto autem potentiarum in talibus commissæ, partes vtrasque, discussio-
nem & sententiam finalem recepturi, ad certum terminum mediantibus eorum,
& dicti capituli, vel conuentus literis, seriem totius facti exprimentibus, ac pro-
pria, & possessionum factum huiusmodi attestantium nomina continentibus, in
personalem præsentiam nostram Regiam, aut palatinalē, seu iudicis curiæ nostræ
transmittant: vbi absq; vltioris termini, & litigionarii processus obseruatione, &
cōtinuatione, etiā partis non venientis absentia non obstāte, nos, vel iudex alius,
50 ad quem causa transmissa fuerit, iuramentum capiti, decernent: tandem finalem
sententiam proferemus, & proferre tenebitur. Partes tamen litigantes, quando-
cumque voluerint, absque requisitione iudicis, & onere solutionis byrsagiorum,
liberam concordandi habeant facultatem, quemadmodum antiqua & laudabilis
Regni nostri consuetudo, huiusmodi concordiam in quibuscunq; factis poten-
tialibus & aliis liberè faciendam dictat & consentit.

Concordatio
libera. ita
in Colom.
dicret.

De Baronibus, iudicibus, & aliis officialibus, ac Comitibus parochialibus, alios indebitè opprimentibus, quod eadem proclamata congregatio generalis contra eos celebretur.

NE autem Barones, iudices, & alii, honores Regios & officiolatus à Regia Maieſtate tenentes, ſeu Comites parochiales honori & iudicatu iſſorum ſubiectos, quibus etiam ipſi ab aliis iuſtitiam miniſtrāt, per ſeipſos quamuis cupiditate, vel propria voluntate allecti, aliqua occasione indebitè grauent, opprimant, ſeu damnificent, aut per eorum Vicegerentes talia fieri permittant: ſtatuiſmus, vt a talibus læſi, damnificati, & iniuriati, impetratis literis noſtris, iſſorū querelam cōtinentibus, præceptorisq; modo prætacto corā iudicib, nobiliū, ac teſtimonio capituli, vel conuentus eiufdem Comitatus, per modum ſimilis proclamatae cōgregationis, veritatē inquiri facere, & ſua damna vel grauamina cōprobare valeāt, & per ipſos iudices, vnā cum nobilibus prouincialib. Comitatus eiufdem, iudicium & iuſtitia ex parte huiufmodi officialium impēdatur, aut noſtræ Maieſtati, ſeu iudicibus, & iuſtitariis curiæ noſtræ prænotatis, modo præſcripto per literas iſſorum iudicum nobilium, ſeu capituli & cōuentus, ſeriem totius facti continentes, cauſa diſcutiendi ad certum terminum tranſportetur, vbi huiufmodi cauſa modo præmiſſo ſine dilatione terminetur. Si verò iudē Barones, ſeu officiales Regales, aut Comites debitum moderamen ſui officii in tantum exceſſerint, vt ex parte totius communitatis, officiolatui ſuo ſubiectæ, generalis vociferatio queruloſa contra nos emerſerit, ex tunc nos ad fidelem & literatoriam aſſertionem iudicum nobilium, & capituli, aut cōuentus prouincialis, perſonaliter, vel per idoneum hominem ad hoc ſpecialiter deputando, volumus & tenebimur ex parte talium cōdignam iuſtitiam miniſtrare.

† id eſt, literis comprehenſam.

De officialibus dominorum, qui cum potentiis dominorum ſuorum alios damnificent, quòd domini eorum de ſuis bonis ſatisfaciant, & tandem de bonis ſuorum familiarium, etiam per detentiones perſonarum, pro ſe ſatis recipiant.

STATVIMVS itaq; ad reprimendum potentiorum actuum effrenatum ab uſum, præſente ordinatione ſancientes, quòd ſi qui caſtellanorū, aut cæterorum officialium noſtrorū, aut Reginaliū, nec non Prælatorum, Baronū & nobilium, ac regnicolarū noſtrorū, de caſtris, & officiolatibus, & cum potentiis dominorum ſuorū, à quibus eiufmodi caſtra, poſſeſſiones, & officiolatus pro honore obtinent, aliquos actus potētarios, damnificationes, iniurias, & quæcunq; mala perpetraverint & commiſerint, talium domini, qui eiſdem huiufmodi caſtra, officiolatus, & honores cōtulerint, ſuper omnibus damnis & nocumentis per ſe, & de ſuis bonis, plenam ſatisfactionem exhibere ſint obligati, & teneantur effectiuè ſeipſos in huiufmodi actib. potētariis per ſuos caſtallanos ſeu officiales perpetratis, inſcios & innocentes, & immunes fore, debito iuramento purgandi: Suum autē damnum in huiufmodi ſatisfactione prætactè perceptū, ſi uoluerint à ſuis familiaribus caſtallanis, ſeu officialibus, qui ipſi ſatisfactioni cauſam dederunt, per ablationes rerum, & bonorum iſſorum, ac poſſeſſionum occupationes, ſeu rebus, & bonis, ac poſſeſſionibus minus ſufficientibus per perſonarum eorum detentionem, & in captiuitatum redactionem, & conſeruationē, vſq; ad recuperationem damnorum ſuorū prædictorum ſiendam, non obſtante liberæ nobilitatis cōditione, vel alterius cuiuſlibet dignitatis priuilegio, liberam habeāt facultatem, quantitātē tamē ſui damni in ſolutione huiufmodi percepti nō excedendo. Vt autē officiales, & Comites noſtri prætacti, nobiles, & incolæ Regni noſtri ſub ſuo onere & iudicatu cōſtitutos, in debitis byrzagiis, exactiōib. grauandi occaſionē non habeāt, antiquam in hac parte conſuetudinē Regni imitādo declarem: Quòd nullus iudicum ſeculariū iudicia ſeu byrzagia extorquere poſſit, niſi tempore congregationis palatinalis, vel alterius per Regiam Maieſt. ad cōgregationes generales celebrandas deputati, in ſingulis Comitatus celebrandis, ſecundum cōſuetudinem

ab antiquo obseruatam, exceptis casibus infrà scriptis, quibus etiam extra tempus dictarum congregationum generalium byrsagia exigi debite possint.

DE CASIBVS IN QVIBVS BYRSAGIA EX-
torqueri possunt, non expectata congregatione generali.

*Primus casus propter violatam retentionem, & damnificationem
Iobagionum post petitam licentiam.*

PRIMO, videlicet, propter violatam retentionem, aut damnificationem Ioba-
gionum, petita licentia, iusto terragio deposito, aliisque debitis suis persolutis, ad
10 alterius possessionem se transferre volentium; quo casu Comes parochialis cum
suis iudicibus nobilium, absq; quibus nullum in talibus processum facere debet,
ab his, qui in hoc casu culpabiles legitime inuenti fuerint, iudicium, seu byrsagi-
um trium marcarum toties, quoties & quodocunque culpabiles inuenti fuerint,
sine expectatione, extorquere potest, Iobagionem detentum, seu damnificatum
cum omnibus bonis suis, damnis etiam recuperatis, liberè abire permitti facien-
dum.

*Secundus casus propter indebitam abductionem Iobagionum,
ante dies quindecim petita licentia.*

20 ITEM, si quis Iobagionem alterius, non petita, nec obtenta licentia, vel peti-
ta, sed non obtenta, ante dies quindecim huiusmodi petita licentia potentialiter
abduxerit, talis pro abductione violenta Iobagionis huiusmodi byrsagia triū Mar-
carum soluat, & eundem Iobagionem cum aliis tribus marcis byrsagialibus per
Comitem parochialem cum iudice nobis restituere compellatur. Si verò Iobagio
aliquis non obtenta licentia, sed furtiuè ad possessionem alterius recesserit, & idem
ad cuius possessionem accesserit, requisitus reddere recusauerit; extunc ad resti-
tutionem Iobagionis furtiuè Comes parochialis talem cum byrsagio trium mar-
carum compellere debeat ac teneatur.

Tertius casus propter violationem sedis iudicariae

30 ITEM violator sedis iudicariae byrsagium xxv. marcarum soluat.

Quartus propter dimissionem malefactorum de captiuitate.

ITEM, quicumq; furem, vel latronem, aut aliquem publicum malefactorem, ca-
ptiuauerit, & eundem de captiuitate sua voluntariè permiserit abire, soluere de-
bet Comiti parochiali homagium malefactoris praenotati.

Quintus casus propter non solutionem lucri Camerae.

40 ITEM, à quocunq; lucrum Camerae debito tempore solutum non fuerit, Comes
parochialis cum iudice nobilium, de qualibet villa non persolvente post emana-
tionem literarum byrsagialium per Iud. nobil. contra tales dari solitarum, exigere
debeat ipsum lucrum Camerae cum byrsagio trium Marcarum.

Sextus casus propter non solutionem decimarum debito tempore.

50 CONSIMILITER qui certa scientia meminimus nostrorum praedecessorum
literis, per nostram Maiestatem frequentius literatoriè, & laudabili consuetudine
Regni nostri, percipi solitum esse, & vsitatum fore decimas Ecclesiarum de singu-
lis villis decimas persolvere: post interdictum Ecclesiasticum certo consueto tem-
pore obseruari commissum, recusantibus per Comites parochiales, aut Vices suas
gerentes exigere debere, cum singulis tributis Maiestatis. Ideo praesentib. ordina-
tionibus, & statuti vigore eandem consuetudinem rata habenda, innouanda, &
imitanda committentes, quod post interdictum Ecclesiasticum, in singulis dioc-
cesibus, & locis Episcopalibus hucusq; solitis, impositum de singulis villis, quae per
vnius mensis spacium huiusmodi interdictum Ecclesiasticum animo indurato to-
lerarint, easde decimas soluere recusarint, seu non curauerint, mox elapso ipsius
mensis spacio, Comites, vel Vicecomites parochiales, per decimationes requisiti,
decimas easdem cum singulis tribus marcis byrsagialib. pro se indilate exigentes,
eis quibus solui debent, absq; dilatione & defectu persolui facere teneantur.

*Septimus casus propter non attestationem nobilium tempore
proclamatae congregationis.*

ITEM quodocunque nobiles alicuius Comitatus vigore literarum Regalium per modum proclamatae congregationis, sub poena trium Marcarum, in eisdem literis Regalibus expressa, conuocati fuerint; quicumque in illam congregationem non venerint, nisi ægritudine, senio, viduitate, orphanitate, paupertatis impotentia absentia remota, vel eorum arduis negociis rationabiliter se excusare poterint: Comes parochialis, & iudex nobilium, prædictas tres Marcas in dictis literis nostris expressas indilatè exigere possint.

19

*Octauus & ultimus casus propter extorsionem byrsagiorum
in causis accumulatorum.*

ITEM Palatinus, & iudex curiæ, ac cæteri iudices ordinarii, Ecclesiastici & seculares, vniuersa iudicia statim in causis coram eis vertentibus aggregata, statim ipsis causis finitis, & per sententiam finalem conclusis, primò parti aduersæ de sua portione satisfactionem impendere teneantur, & ad partem suam iudiciariam cedentem exigere, liberam habeant facultatem.

Quales personæ capitulares & conuentuales pro testimonio mittantur.

ITEM statuimus, quòd ad faciendas statutiones, inquisitiones, & euocationes, & alios quoscunq; processus, cum hominibus & testimoniis capitularibus & conuentalibus fieri solitas, quæ communiter fidedignitates vocantur: de capitulis & conuentibus personæ seu homines simplices non mittantur, sed de ipsis capitulis canonici ad minus, aut personæ in beneficiis vel officiis constitutæ. De conuentibus verò Monachus conuentalis sacerdos destinetur.

20

Quòd testimonium antequam exmittatur, iuramentum præstet.

† Al. reuer-
siones.

QUI quidem pro huiusmodi testimoniis capitularibus & conuentalibus deputati priusquam ad faciendas aliquas statutiones possessionarias, metarum reambulationes, reuisiones possessionarum, & communes inquisitiones transmittantur & procedant, iurare teneantur, vt in eisdem factis fideliter & rectè procedant, & veram relationem seu satisfactionem faciant.

30

Quòd homines Regii post reuersionem tempore relationis coram capitulis vel conuentibus iurare teneantur.

HOMINES etiam Regii in præmissis procedentes, tempore reuersionis eorum, ac satisfactionis seu relationis, coram ipsis capitulis & conuentibus facientes simile iuramentum præstare teneantur: quicumq; non fecisse repertus fuerit, talis, tãquam falsarius & periurus, poena amissionis beneficii sui, si quod habuerit, puniatur, & insuper siue beneficiatus, siue non beneficiatus existat, perpetuis carceribus mancipetur. Homo verò Regius si in præmissis possessionariis statutionibus metarum, reambulationis, & reuisionis sinistrè, vel falsè processerit, in facto periurus poena capitis, & amissione omnium bonorum suorum conuincatur.

40

De poena illorum, qui executione sibi commissa procedere nollent.

QUICUNQUE verò nobilis per alium, seu alios quoscunque, mediantibus nostris Regiis, vel aliis cõsuetis literis, nomẽ suũ cõtinentibus pro honore Regio, coram testimonio alicuius capituli vel conuentus requisitus, huiusmodi processus assumere & exequi recusauerit: in byrsagio cõsueto trium Marcarum, per Comitatem parochialem indilatè exigendarum, conuincatur eo facto.

Vt vicinorum & commetaneorum nomina in literis conscribantur.

50

STATUTIONES autem possessionariarum metarum, reambulationes, & reuisiones aliter fieri nõ debeant, nisi vicinis & commetaneis huiusmodi possessionũ inibi legitimè conuocatis, & vt fraus & dolus in talibus melius euitetur, nomina singulorum vicinorum & commetaneorum tempore præmissorum processuum illac principaliter conuenientium, in literis capitularibus & conuentalibus superinde emanandis, seriatim conscribantur.

De

*De reambulatione literarum à capitulis vel conuentibus, &
de salario fidedignitatum.*

ET VT materia discordiæ super facto redemptionis literarum capitularium vel conuentualium, nec n̄n̄ super satisfactione viarum seu laborum, testimoniis capitularibus & conuentualibus fiendis, hactenus sæpius suboriri consueta, decreto cesset, & succidatur: præfenti ordinatione, antiquam tamen & laudabilem consuetudinem imitantes.

Primò de redemptionibus literarum.

STATVIMVS, vt in omnibus locis, tam capitularibus, quàm conuentualibus,
 10 pro qualibet litera euocatoria per se, videlicet euocatoria prima, secunda & tertia in capitulo aut in conuentu similiter cum eorum notario & scriptore pro redemptione literæ recipiatur seu soluatur singuli denarii viginti quatuor maioris monæ. Item, pro qualibet litera proclamatoria denarii centum. Item, pro qualibet litera procuratoria denarii xxiiii. Item, pro qualibet litera prohibitoria, protestatoria, & aliis similibus, si patenter emanentur, denarii xxiiii. si verò clausæ, denarii xii. Item, pro qualibet litera fassionali emanata priuilegialiter, denarii centum: patenter verò, xxiiii. clausè autem, denarii xii. Item, pro paribus antiquarum literarum in conseruatoriis requisitarum, custodi, seu requisitori per se denarios c. Et pro redemptione literæ requisitæ, si non habuit multum de scriptura, & patenter
 20 confecta fuerit, denarii xxiiii. si verò labor scribendi fuerit magnus, & litera priuilegialiter confecta, denarii centum. Item de simplicibus transcriptis, seu transumptis literis patenter emanatis, vbi labor scribendi magnus non fuerit, denarii xxiiii. Vbi autem litera fuerit proluxa, aut priuilegialiter emanata, denarii ceterum. Item, de litera statutoria, in qua contradictio facta fuerit, denarii xxiiii. De literis verò sententialibus perpetuis, in quibus contradictio facta nō fuerit, recipiantur pro redemptione literarum, secundum quãtatem possessionis, nec non sessionis modo subscripto, videlicet de sessione vna, duabus, aut tribus, vel quatuor, in toto denarii c. Vbi aut̄ fuerit vltra quatuor sessiones, vsq; ad decem, quo qualibet sessione denarii xxiiii. Vbi verò fuerint vltra decem, vsq; ad viginti, de qualibet sessione
 30 denarii xii. Vbi verò fuerint vltra viginti, vsque ad c. de qualibet sessione denarii xii. Si verò fuerint vltra c. vsque quaq; de qualibet sessione denarii viii. Itē, de literis reambulatoriis, metalibus, in quibus contradictio & euocatio facta non fuerit, denarii xxiiii. In reambulationibus aut̄ metalibus, in quibus simplex consignatio, vel cūm hominib. Regiis, de curia Regia transmissis, similis cōsignatio, vel finalis metarū erectio, cum iuramento super terram in forma iudiciaria, aut partibus concordatibus facta fuerit, pro redemptione literæ denarii quingenti. Vbi aut̄ partibus in huiusmodi reambulationib. & demonstrationib. metalibus discordantibus, causa ad curiã Regiã reducta fuerit, tunc pro redemptione literarū talium denarii cc. Item, de cōmuni inquisitione ordine iudiciario cōmissa, denarii c. Item
 40 de remissione possessionariæ occupationis, denarii c. Itē, de occupationibus possessionū hominum in sentētia capituli conuictorū, & rerum ablationibus, iudiciaria commissione mediãte, fiendis, de rebus ablatis de antiqua consuetudine capitulum habebit decimã partē; pro redemptione aut̄ literæ denarii c. Item, de æstimationibus possessionariis, iudiciaria cōmissione fiendis, denarii c. Item, de possessionaria diuisionis, de singulis possessionib. diuisis singuli denarii c. Item, de expeditoria iuramentali, denarii xxiiii. Item, de expeditione iuramentali continente nomina coniuratorū, denarii c. Item, de solutionib. pecunialibus coram capitulis, vel conuentibus, vel eorū testimoniis fieri solitis, capitulū vel conuentus decimã & nonam partes exigere non possint; nisi quando propter discordiam partium, in
 50 eorum sacristiis seu cōseruatoriis huiusmodi pecuniæ repositæ fuerint; de talibus nempe de iure, decimam & nonam partes recipere possint, attamen partis rationē, quæ causam dederit pecuniam huiusmodi in conseruatoriis reponendi.

De salariis fidedignitatis.

PERSONIS autem testimonialibus capitulorum & conuentuum, pro singulis

diebus, quibus in itinere fide dignitatis processerint, solvantur XII. denarii maiores, siue in propriis equis, siue in equis causantium ambulent, & ducantur, ita tamen, quòd in victualibus & expensis causantium, & ipsos ad facta sua conducentium, similiter cum equis, & familiarium eorum de domo iterum in domum semper duci debeant, & reduci. Præterea ex quo in iudiciis, in curia nostra Regia fieri consuetis coram iudicibus ordinariis eiusdem curiæ, ac eorum notariis, super predictæ literæ, & redemptiones earum necessariorum occurrerunt; ideo ad tollendam cuiuslibet altercationis occasionem, quæ inter ipsos notarios & causantes emergi posset, antiquam consuetudinem redemptionis literarum earumdem modo subscripto duximus similiter declarandum: videlicet, quod in præsentis curia nostra, notariis ipsius curiæ iudiciariæ de vna litera prorogatoria communiter solvantur denarii XII. De simplici litera inquisitionali, similiter denarii XII. De secunda euocatoria, denarii XXIII. De tertia euocatoria, denarii c. De proclamatoria, denarii c. De litera iuramentali tertio vel sexto se alicui adiudicata, denarii XXIII. De eo qui iurabit, XII. vel XXV. aut quinquaginta se, denarii c. De communi inquisitione, denarii c. de litera duellari, denarii cc. De iuramentali super caput, denarii ducenti. De instrumentali exhibitione prima, denarii XXIII, De secundaria & tertiaria instrumentaria exhibitione, cum grauamine assumpta, similiter denarii XXIII. De prorogatoria respondente cum tribus marcis, denarii XXIII. De litera prorogatoria patenti, denarii XXIII. De litera fassionali communi, denarii XXIII. De aliis literis generalibus, videlicet prohibitoria, & similibus, denarii XXIII. De prohibitoria facie ad faciem, denarii centum. De litera sententiali facti potentialis conseruatorii sigilli, floreni decem per centum denarios; scriptori autem ducenti. De literis autem statutoriis, & reambulatoriis simplicibus, denarii XXIII. De literis autem adiudicatoriis reobtentiois possessionum, seu aliarum rerum, iuxta quantitatem possessionis, seu rei reobtentæ, habita concordia inter causantem & protonotarios, fiet solutio.

De redemptione literarum in Cancellaria maiori.

IN Cancellaria autem nostra Regia, quo ad redemptiones literarum iudiciariarum, & conseruatorum, seruetur antiqua consuetudo eiusdem Cancellariæ. Similiter de donationibus, & confirmatoriis, pensata quantitate rei donatæ, vel confirmatæ, erit concordantia cum Cancellaria modo hætenus obseruato. Quia verò in omnibus præmissis redemptionibus literarum, & aliis quibuscunque solutionibus, & byrsagiorum exactionibus, de numero & quantitate denariorum pro tempore currentium sæpe numero mentio facta est: gratia remouendi dubii præsentium serie declaramus, vt denarii tales intelligantur, quorum singuli centum vnum florenum auri valeant, & repræsentent. Et si denarios minores pro aliquo tempore cursum habere contigerit, ad eandem rationem cum ampliori & æquiualentem numero suppleant.

Denarii.

De arrestationibus, quòd in propriis terris & officiolatibus fieri nequeant sub pœna sex Marcarum.

ITEM in arrestationibus mercatorum, & aliorum hinc inde proficiscentium, quæ pro debitis, & aliis excessibus, propriis aut alienis in possessionibus, seu locis communibus, tam per Ecclesiasticos, quàm seculares, nobiles & ignobiles satis frequenter fieri solent, in quibus etiam hætenus nonnulla impedimenta, & damna, & iniuriæ, per extraconsuetudinem huiusmodi arrestationis commissa sunt & patrata; eandem antiquam Regni nostri consuetudinem approbandam, declaramus: Quòd nullus arrestare volens, in suis propriis, aut fratrum condiuisionalium suorum possessionibus, terris, aut officiolatibus, pro quacunque causa arrestationem facere possit: alioquin pro indebita arresta in pœna trium Marcarum conuincatur, & arrestum huiusmodi indebitè factum, cum altero byrsagio trium Marcarum relaxare, & liberum permittere per Comitum parochialem compellatur. Cùm autem in loco communi quispiam arrestationem facere voluerit, iudex ipsius loci communis eandem arrestationem coram se sic, & non aliter, fieri patietur,

patiatur, & acceptet, si videlicet, arrestas prius à se domino, vel villico possessionis, in qua arrestandi residentiam habuerint, iustitiam postulasse, & huiusmodi iustitiam, aut sibi temerariè denegatam, aut finatiter exhibitam fore, & satisfactionem debitam cum impensa extitisse, literis Comitum, vel Vicecomitum parochialis, aut iudicis nobilium, vel aliis creditoribus poterit comprobare. Dum autem hæc præmissa modo prætracto euidenter poterit comprobare, extunc dominus, vel iudex, aut villicus ipsius loci, seu possessionis communis arrestum retinere, & inter partes, more in talibus consueto, iudicium & iustitiam facere: Super debitis autem aliis, excessibus, vel rebus coram eo rationabiliter obtentis, debita satisfactionis complementum de rebus & bonis iudicialiter condemnati, aut rebus & bonis ipsius minus sufficientibus, per detentionem personalem impendere teneatur.

De pœnis iudicis arresti favorizantis, & de villata arrestan: nec non de protestatione iudicis super eo fieri debentia.

IN casu etiam, quo ipse iudex arresti, pro favore, aut timore cuiuscunque, vel ex qualibet alia causa rationem non habente, arrestum coram & legitime factum seu fiendum retinere, iudiciumq; & iustitiam, & satisfactionis complementum, modo superius descripto, exhibere recusauerit: extunc ipsi attestatori cuius ipse aduersarium liberè abire permiserit, pro damno, quod per huiusmodi arrestum requirere, & mediante iustitia obtinere poterat, & pro toto interesse teneatur, & existat obligatus, nisi arrestandus, vel arrestandi tantam potentiam & vim habuerint, propter quam Dominus aut iudex loci communis eis resistere, & eos retinere non valebit aut alia potentia superueniens, attestatos contra voluntatem iudicis arresti violenter abduxerit: quo casu eueniente, ad sui excusationem, super eo quantoties poterit, suis vicinis & commetaneis publicè protestetur.

De pœnis ciuium regalium, & reginalium, in propriis terris regalibus & reginalibus arrestantium.

VOLVMVS autem, quòd in nostris, ac reginalibus liberis comitatibus, oppidis, villis, & possessionibus, mediantibus eorum iudicibus, officialibus, & præfidentibus quibuscunque, per ciues, mercatores, hospites & incolas eorundem pro suis debitis, rebus & acquisitionibus quibuscunque, arrestationes huiusmodi modo subscripto, & sub pœnis antedictis per Magistrum Tauernicorum aut alios eorum superiores indilatè exigendis, fieri nullatenus debeant neque possint; sed in locis communibus, & coram iudice communi, cum necesse fuerit, fiant arrestationes per eosdem, modo superius declarato.

De salario iudicis arresti.

IUDEX autem communis arrestationes huiusmodi coram eo debite & legitime factas decernens, & iudicans, pro suo labore & honore, si fuerit iudex per dominum possessionis constitutus, aut dominus ipsemet, LX. denarios; si verò villicus, XII. denarios ab homine iudicialiter condemnato, pro se exigendi habeat facultatem.

De donationibus iurium quæ per defectum feminis quorumcunque decedentium deuoluta fuerint, & de huiusmodi possessionibus manifestè non constat;

& de electione nobilis communis, qui pendente lite, easdem possessiones conseruet, & de donationibus iurium possessionariorum, ad Regem deuolutorum.

PORRO æquitatem, & iuris-obseruantiam, quàm inter regnicolas nostros vigere peroptamus, à nostra Regia Maiestate exordium habere, demonstrare volentes, præsentì decreto stabilimus, quòd in quocunque Comitatu aliqua iura per defectum feminis quorumcunque decedentium deuoluta fuerint, & de huiusmodi possessionibus manifestè non constat, an ad ius Regium pertineant, vel aliquos fratres generationales, seu hæredes fœminei sexus concer-

nant, sed inter ista duo, videlicet, ius regium, & ius aliorum, scilicet generationa-
 lium vel fœmineum, dubium interuenerit; ex tunc homo cõmunis, nobilis, & ido-
 neus, in quolibet Comitatu ad id per Comitem parochialem cum iudice nobiliũ,
 & aliis nobilibus comprouincialibus, ad vnum locum congregatis, nõ tamen ex
 Baronibus, nec de potentibus, sed de mediocribus nobilibus electus, huiusmodi
 iura deuoluta, & dubiosa, & etiam alia similia, si qua contigerit, tamdiu conseruet,
 & manu teneat, absq; damnificatione qualibet: excepto solo, quod de prouentibus
 consuetis huiusmodi possessionũ, donec in manibus suis manebunt, expẽsas mo-
 deratas capere & satisfacere possit, de quibus tandem rationem reddere valeat, &
 teneatur, quousq; huiusmodi reuolutio iurium sine hæredibus decedentibus in se-
 de iudiciaria curiæ nostræ Regiæ publicata fuerit; ipsaq; publicatione facta, qui-
 cunq; easdem possessiones & iura sibi pertinere allegauerit, intercisus octauis se-
 quentibus, quantocius poterit, rationabiliter iura sua producendo, easdem ad se
 pertinere comprobet. Quod si facere poterit, iudex curiæ regiæ eidem statui mã-
 det, & faciat cum effectu. Si verò in probatione defecerit, iuri regio relinquatur,
 & si quis vltorius ad easdem ius habere sperauerit, eas de manibus regis requirat
 legitimè.

De vxoribus & filiabus decedentium in bonis defuncti remanentibus.

VBI autem vxores, vel filiæ huiusmodi hominum absq; hæredibus masculi-
 nis decedentium, in talibus possessionibus & iuribus remanserint, ex tunc posses-
 siones eadem & iura à manibus earum occupari & auferri non debeant; priusquã
 de earum iuribus, videlicet, an hæreditariò & perpetuò ad ius fœmineum pertine-
 ant, an non, veritas inquiratur. Quod si repertum fuerit eadem iura iuri fœmineo
 non competere, ex tunc dictis vxoribus talium decedentium, antequam à domi-
 nio dictarum possessionum excludantur, per Regiam Maiestatem, vel alios, ad
 quos repertæ fuerint esse deuolutæ, de earum dotibus & iuribus plena satisfactio
 impendatur.

De quarta puellari, & domo paterna.

FILIABUS verò vsque tempus matitationis earum, domos cum quarta par-
 te possessionum paternarum, pro quarta filiali, secundum consuetudinem regni
 nostri, sequestretur, & possidenda relinquatur.

De filiabus nubentibus homini impossessionato.

† al. immo-
 diatè.

POSTquam verò matitatæ, & traductæ fuerint, de earum iurè quartalio
 pecuniaria solutione † mediante satisfaciet. Vbi autem aliqua ex ipsis filiabus, ho-
 mini impossessionato tradita fuerit, dictante eadem regni nostri consuetudine,
 imperpetuo iure, & domino huiusmodi quartæ possessionariæ succedere debe-
 ret, & remanere; ita tamen, si ipsa de volutate & consensu fratrum seu consangu-
 neorum suorum, in quos post ipsius matrimonium huiusmodi iura seu quartali-
 tia reuerti & rediuidere debentur, homini, vt præfertur, impossessionato nupserit:
 alioquin siue de domo parentali, seu de curiis & seruitiis Baronum, vel maiorum
 nobilium, dictis suis fratribus, seu consanguineis, aut parētibus irrequisitis, & no-
 lenti bus, seu non consentiētibus, id fecerit, ius suum quartalitium, non cum pos-
 sessione, seu cum satisfactione pecuniaria, requirendi habebit facultatem.

De non occupandis rebus Ecclesiasticis.

ADIIICIENTES statuimus statutis superioribus, quod nullus Comes, Banus,
 Waywoda, seu alius officialis regius, cuiuscũq; denominationis & dignitatis exi-
 stat, Ecclesiã Episcopales, Archiepiscopales, abbatiales, p̄positiales, & alias qual-
 cunq; regio iure partonatus disponendi, earumdemq; tenutas, pertinentias, de-
 cimas, & possessiones intra terminos & limites sui honoris seu officiolatus, absq;
 speciali mandato regio, occupare, aut de eisdem portionaliter vel totaliter se in-
 gerere præsumat.

De superflua exactione tributorum.

VERVM quia ex immoderata & superflua exactione tributorum, per longi-
 turni temporis abusum, & inaduertentiam, ac negligentiam dispositionis superinde
 necessariæ

necessariæ multa damna, grauamina, & incommoda regnicolis nostris, & extraneis hominibus, cum eorum rebus & mercibus in regno nostro hinc inde proficiscentibus, per tributarios, tum nostros regales, & reginales, quàm aliorum, propria cupiditate, nullo ad Dei timorem & æquitatem habito respectu, allectos, illata forè hæctenus, feruentiori quæ auiditate dietenus irrogari, experientia teste, nostra cognouit Celsitudo: Ideo præsentis sanctione decernimus, quæ in singulis Comitatus regni nostri, tempore celebrationis generalium congregationum palatinalium per palatinos, pro tempore constitutos, vel alios ex regia deputatione celebrandarum, inquirant à iuratis assessoribus huiusmodi congregationum, numerum & loca nostrorum tributorum, in ipso Comitatu exigi solitorum, & à Dominis, seu possessoribus eorundem tributorum petantur exhiberi literæ primariæ institutionis tributorum eorundem; in quibus si inuenta fuerit quantitas soluendi tributi, de singulis rebus solui consuetis, talis solutio moderetur, & reducatur ad rationem præsentis monetæ, taliter ne pro tributariis, seu tributa habentibus, eorum iusti prouentus non decrescant, nec econtrariò solutionis motus in onus tributa soluere debentium supercreseat.

De moderatione solutionis tributorum, & viarum falsarum.

V B I C V N Q V E autem huiusmodi literæ primariæ institutionis tributorum reperiri, & exhiberi non poterunt; aut repertæ forsitan: & non exhibitæ, quantitatem soluendi tributi non expresserint; tunc à prædictis iuratis assessoribus dictæ congregationis similiter inquiratur, & resciaur quantitas solutionis tributorum, in quibusuis tributis ipsius Comitatus de singulis rebus tributariis solitis tempore antiquiori, quod humana memoria comprehendere potest, fieri consuetæ, & retrahatur ad antiquam consuetudinem compensata qualitate, quantum iustius fieri poterit, pecuniæ tunc currentis, semper absque damno & detrimento tributa exigere & soluere debentium, æquitate videlicet vtriusque partis semper salua. Similiter inquiratur, discutiatur, & moderetur, quomodo, & vbi fiunt falsæ viæ, & indirectè quorumlibet tributorum, & quantum longè vel propè huiusmodi vias falsas singuli tributarii obsidentes, & itinerantes in eisdem prohibentes, vel impediens, iustam & consuetudinariam habuerint & habere debeant facultatem.

Quòd nouiæ viæ non adinueniantur.

V I A S autem nouas in locis, quibus viæ abolim nunquam haberi consueuerunt, nemo pro communi & vniuersali transitu itinerantium, in detrimentum ac damnum tributorum vicinorum, in faciebus suarum terrarum adinuenire præsumat.

De exquirendis falsis viis.

ALIOQV IN de huiusmodi viis nouiter adinuentis, cum prædictis congregationibus generalibus, iuxta affirmationem iuratorum assessorum huiusmodi congregationum decernatur, an pro falsis viis deputandæ sint, vel aliter restringendæ & moderandæ. Habentes insuper & exigentes tributa, ratione pontis, vel nauium, pontes huiusmodi aut naues sub debita reformatione semper studeant cōseruare, taliter quæ viatores, & tributa soluētes, absque impedimento per pontes & naues eorum transitum liberum, & non impeditum, facere possint; id verò facere negligentes, poenis, & grauaminibus opportunis, ad debitam reformationem & conseruationem suorum pontium & nauium in dictis congregationibus promulgatis per Comites eorum parochiales astringantur, totiens, quotiens eorum negligentia exigente fuerit opportunum.

De non acceptandis infidelibus, & aliis facinorosis ad castra dominorum, præter officiales finitimos, qui solum fures, latrones, & malefactores recipere possint.

POSTREMO, antiquam regni nostri consuetudinē præsentis edicto confirmandam, Prælatorum, Baronum, & nobilium regni approbata cōuētu, stabilimus, & ordinamus: quæ nullus Prælatorum, Baronum, nobilium & regnicularum nostrorum, cuiuscumque status,

conditionis, & dignitatis existant, quoscunq; infideles manifestos nostros, & coronæ nostræ ac regni nostri, publicos fures, & latrones, & malefactores, p̄sertim in congregationibus generalibus proscriptos, in suis castris, domibus, bonis, & possessionibus retinere, hospitare, & conseruare, aut eis auxilium, hospitalitatē, & fauorem impendere præsumât, sub pœna consimilis infidelitatis, & furum, & latronum hospitalitatis: excepto, quod fures, & latrones, & alios malefactores in congregationibus generalibus proscriptos, demptis infidelibus, Barones, & Castellani nostri, in cōfinibus regni castra, & fortalitia, ac officiolatus, & honores pro defensione cōfiniorum tenentes, vsq; ad tempus acquirendæ gratiæ poterunt in huiusmodi castris fortalitiis metalibus receptare, & retinere. In cuius rei memoriã, 10
firmitatemq; perpetuam, præsentibus concessimus literas priuilegiales, prudentis autentici sigilli noui duplicis, pro quo nunc vt Rex Hungariæ vtimur, munimine roboratas. Datum per manus venerabilis domini Matthiæ de Gathalotz, Præpositi Ecclesiæ Quinqueecclesiensis, aulæ nostræ summi Cancellarii, fidelis nostri dilecti, anno Domino millesimo quadringentesimo tricesimo quinto, octauo idus Martii, Regnorum nostrorum anno, Húgarici quadagesimo octauo, Romanorū vigesimo quinto, Bohemiæ quindecimo, Imperii verò secundo. Venerabilibus in Christo patribus, dominis Gregorio Strigoniensi, Ioan. Colciensi & Bachiensis Canonice vnitarum, Doymo Spalateni, Iadrensi sede vacante, Petro de Rozgen Agriensi, Varadiense sede vacante, Georgio Lopes Transsylvaniensi, Zagrabienfē 20 sede vacante, Henr. Quinqueecclesiensi, Simone de dicta Rozgon Vesprimiensi, Clemente Iauriensi, Vacienfē sede vacante, Georgio Nitriensi, Chanadienfē sede vacante, Iacobo Sirmiensi, Ioseph Bozněsi, Ioan. Thininiensi, Vito Corbonensi, Ioanne de Domniis Segniensium Ecclesiarum Episcopis, Ecclesias Dei fœliciter gubernantibus, subinuicem monentibus Scordienfē, Traguarienfē, Makorienfē, & Farceñfē sedibus vacantibus. Item Magnificis Matthæo de Paloz, prædicti Regni nostri Hungarici Palatino, spectabili & magnifico Hermanno Ciliæ & Sago- 30 riæ Comite, socero nostro charissimo, totius Regni nostri Sclauonię Bano, Comite Stephano de Bathor iudice curiæ nostræ, Ladislao de Chaak Waywoda nostro Transsylvaniensi, Ioanne & Stephano Weglez, Segniæ, & Modrusiæ Comitibus, Regnorum nostrorum Dalmatiæ, & Croatiæ prædictorum, Desew, & Ladislao de Gara Machoniěsi, Nicolao de Radniich crucifero ordinis Pruthenorū, Sewerien: Banis, Ioanne de sæpe dicta Rozgon Tauernicorum, Emerico filio Nicolai Waywodæ, de Marcali Ianitorum, Ioanne & Stephano de Peren dapiferorum, Paulo & Ioanne Koinpolth de Nana pincernarum, Laurentio de Hedewara Agazonum nostrorū magistris, ac Stephano & Georgio de antelara Rozgon, Comitibus nostris Pofoniensibus, aliisq; quàm plurimis Regni nostri comitatus tenentibus, & honores, &c.

DECRETVM SIGISMVNDI IMPERATORIS 40
SVPER MODO EXERCITVANDI.

I 4 3 5.

Nos Sigismundus diuina fauente clementia, Romanorum Imperator semper Augustus, ac Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Rex. Notum facimus, tenore præsentium, significantes quibus incumbit vniuersis: quod nos, cui Regiæ Celsitudinis prouidētia, subditorum suorū, & terrarū, ac regnorū suorū ditioni, tuitioni, & illarū conseruationi nedum introrsus, verū potius ab extraneis inuasoribus, officio suę dignitatis exigente, se obligatā profiteatur: 50
volētes fines Regni nostri prædicti a partibus nostris Bohemiæ, & Morauię, à quibus propter ingruentiam præsentis temporis, ab aliquibus elapsis annis hucusq; frequentiores feruentioresq; ipsum regnum prætulit hostilitates, vi nostra regia reddere securiores, omnes infra scriptum spontē, Imò ex debito Regali, in nostras regias curas & expeditiones duximus assumendum.

Videlicet, vt ciuitates, & castra subscripta, ciuitatem & castrum Pofoniē. 60
ciuita-

ciuitates Tirnauien: & Zakoltza, castrum Trincziniē: & alia castra, ac munitio-
nes, & fortalitia, in confinio Morauie, & iuxta fluuiū Wagh situata, quemadmo-
dum tam in ipso ex parte Bohemiae, quam in aliis omnibus confiniis, & meris re-
gni nostri, ex quacūq; parte apud nostras regias manus habita, & in futurum quo-
uis euentu & casu eidem nostris manibus applicari contingentia: nostris sumpti-
bus regalibus, contra quempiam Bohemorum, & alios vndecunq; emergentium
muniemus, & tutabimur sufficienribus gentibus, armis, & victualibus, aliisq; ne-
cessariis, tam pro conseruatione & defensione castrorum & munitio-
num in se, quam ad tenēdos campos, & defendendum circumiacentia campestria, contra
quosuis insultus hostiles occurrentes.

10 Si autem tanta potentia inimicorum irrepserit, quod maior viribus gentium
nostrarum imperialium foret, nec ab inuasionē finium regni arceri & prohiberi
per easdem gentes nostras imperiales posse verisimiliter videretur: ex tunc prēla-
ti deputati, pro defensione illarū partium, cum suis Banderiis & viribus iuxta dis-
positionem de Episcopis factam, & obseruari consuetam, nec non communitates
singulorum Comitatum, pro earum partium, vel aliorum conuerras habere cō-
tingentium, defensione, modo similideputatorum, sub Banderio Regali cum Ba-
ronibus, proceribus, & nobilibus dictorum Comitatum, & eorum gentibus, per
modum generalis expeditionis exercitualis, viribus coniunctis supradictos.

*Banderis
pralariorum
quando.*

*Comitatus
banderis.*

20 Conclufum est insuper ac statutum per nostram Maiestatem, cum Prælatis ac
Baronibus, & regnicolis nostris prænотatis, quod tempore vniuersalis exercitus,
generaliter proclamati, singuli Barones, proceres, & nobiles possessionati, secun-
dum quātitatem dominiū ipsorum, videlicet, de singulis triginta tribus Iobagioni-
bus, proprias possessiones, & terras, more aliorum Iobagionum, in possessionibus,
quibus resident, habentibus & censum colligētib, munera, seu alia seruitia do-
minorum, cum aliis Iobagionibus supportantibus vnum, de centum verò tres, &
sic consequēter de aliis, quotquot habuerint, de singulis centū, singulos tres pha-
retrarios equestres, ad min⁹ videlicet arcus, pharetras, gladios, & biccellos habē-
tes, & ad bellandum aptos & vtilis, ipsimet personaliter accedentes, ad quoslibet

30 exercitus regni generales conducere teneantur. Hi verò, qui minus quā triginta
tres habēt Iobagiones, Iobagiones suos, quos habuerint, cum Iobagionibus alio-
rum taliter cōiungere, & cōmendare teneantur: quod semper de triginta tribus
Iobagionibus quorumcūq; vnus pharetrarius, modò prēmisso armatus & dispo-
situs, ad exercitus generales trāsmittatur. Cæteri deniq; nobiles Iobagionibus ca-
rētes, singulariter ppriis in personis, hi videlicet, qui dominos habere dignoscun-
tur, sub quorum nominib. & expensis exercituare solent, cum eorum dominis, ac
gentibus seu Banderiis: Alii autem huiusmodi dominos non habētes, de propriis
eorum possessionibus, domibus: & expensis, cum eorum Comite parochiali (illis
tamen exceptis, quos decrepita ætas, viduitas, orphaneitas, & alterius cōsimiliter
impotentia causa necessaria, videantur excusare) similiter pro sua facultate con-
40 decenter armati, & dispositi, exercitualmente proficisci teneantur.

Vbi autem duo, vel plures fratres indiuisi, & in vno victu manentes extiterint,
vno eorum ad huiusmodi generales exercitus proficiscente. Illi verò, qui in pro-
priis personis sub Banderio, & stipendio regali, & Baronum procedere habebunt,
præter & ultra gētes suas, de honoribus, & stipendiis Regalibus, vel Baronum se-
cum seruientium, & exercituare debentium, nihilominus præactum numerum
exercituum de suis propriis possessionibus, cum Comite suo parochiali, seu Comiti-
bus, sub quo, vel sub quibus possessiones suæ existant, expediant, & transmittant
ad illas partes, & pro illo tempore, quibus iidem Comites parochiales singulorum
Comitatum debebant exercituare.

*Duo fratres
indiuisi.*

50 Præterea Prælatis, Baronibus, & nobilibus regni nostri castra, fortalitia, & munitio-
nes habentes, eorum castellanos, seu alios nobiles, pro custodia huiusmodi forta-
litorum necessarios, similiter ipsi Barones, nobiles, & maiores personæ seculares
coram coniugibus & domesticis suis personis nobiles pro magistro curiæ, & alios
ad constituendum honorem curiarum suarum deputandi & relinquendi habent

facultatem: moderatè tamè, & tantum nostro ineuitabiliter necessarias personas in huiusmodi seruitiis occupando, & relinquendo, & propterea commissum est, quòd in quolibet Comitatu Vniuersitates nobiliù eiusdè Comitatus conuenientes, certum ex eis eligere debeant de medio in statu nobilium, non ex potentiorebus, qui cum iudicibus nobiliù ipsius Comitatus numerum lobagionum quorùlibet regalium, reginalium, & Baronum, ac nobilium in ipso Comitatu possessiones habentium, tempore proclamationis exercitus generalis fideliter computet, & conscribi faciat, & registri par, seu copiam huiusmodi registri tradere Comiti suo parochiali debeat.

Item, quòd quilibet, tam in generali exercitu regnicolarum, quam ad stipendia exercituare debens, de & termino expeditionis exercituali, cui interesse debet, assignatis, absq; omni procrastinatione in loco deputato, cum omni gente sua, cum qua exercitum ire tenetur, constituatur. 10

Quicumq; autem ad huiusmodi generales exercitus proficisci debent, tempore proclamationis & instaurationis eorùdem, contumaciter ire & proficisci neglexerint, aut multum tardè, terminum & locum vniuersalis conuentionis ipsius exercitus prænotatum studiosè prætermittentes, ceteris exercituatibus fatigatis, vel dispersis, seu conflictu bellicoso iam cõmissò & habito, superuenerint, aut tempore venientes ad comparandum eandè ante debitam & finalem expeditionem belli, occasione qualibet, conflictu non habito, nostra vel Capitaneorù ipsius exercitus absq; licentia de eodè exercitu temerariè recesserint: tales expediti minimè reputentur, sed eorum possessiones, q; huiusmodi non venientibus, vel tarditate, aut temerario discessu, occupentur, & de huiusmodi possessionibus occupatis, per nostram Maiestatem, de consilio Prælatorum & Baronum nostrorum, quid agendum sit, deliberetur. 20

Item, quòd exercituantes tempore æstiuo in villis & segetibus descensus facere non debeant, sed in campis vacuis, in quibus segetes pedibus equorum non conculcent, neq; destruant, vllaq; damna & nocumenta inferre præsumant, nihil omnino præter herbas non falcatas, ligna, & aquã, absq; debito precio, capiendum, seu auferendum præsumant.

*Victualium
precium.*

Precia verò victualium cuiuslibet generis, tam pro hominibus, quàm equis necessariorum, in quolibet Comitatu, ante aduentum exercituantium, per communitatem nobilium eiusdem Comitatus secùdum fertiliorem, vel infertiliorem euentum temporis & anni limitentur, moderentur, & taliter ordinètur, vt intuitu ipsorum exercituantium, precia victualium in nullo excrecant, vltra priorem cursum, & communem in foris communibus vsitatum, prout cupiditate hominum fieri consuevit. 30

Si qui verò contra præmissam ordinationem, in villis, & aliis locis modo prætracto prohibitis, descensus facere, aut victualia cuiuscunq; materiæ, absq; precio ordinato, auferendo, damna irrogare præsumserint; extunc homines damnari, siue nobiles, siue ignobiles, ad præsentiam Comitis parochialis, & iudicis, nobiliù Comitatus illius, in quo huiusmodi descensus & damna facta & illata extiterint, accedentes, super quantitate damnorum, quæ sibi illata fore conquesti fuerint; si nobiles, per se; si verò ignobiles fuerint, cum suo villico: & duobus villicis suis domi suæ ex vtraque parte proximè coniunctis, iuramentum præstent, ipsiq; Comites, & iudices nobilium, super huiusmodi damno & iuramento, ipsi conquærenti literas eorum testimoniales tradant, vigore, quarum, quàm primùm ad curiam regiam in præsentiam iudicum & iustitiariorum ipsam curiam iudicantium accesserit, mox absque vltiori probatione, & litium protractione, eisdem conquærentibus, & damnificatis, iuxta contenta literarum prædictarum Comitis, & iudicis nobilium illius Comitatus, in quo huiusmodi damna per quoscunq; exercituantes illata fuere: quibus quidem literis, absq; vltioris probationis requisitione, ex vigore præsentis constitutionis plena fides adhibeatur, ex parte cuiuslibet damnù inferentis omnimoda satisfactio damnorum, nec non expensarum, pro ipsis damnis exquirendis factarum, sententialiter fieri decernatur, & cum executione debita, 50

debita, finaliter & effectiuè, per sententiam iudiciariam, quam Palatinus & iudex Curia pro tempore constitutus, ve eorum Vicarii & sigilliferi literatoriè dare & proferre teneantur: Comitibus, & Vicecomitibus, & iudicibus nobilium illorum Comitatum, in quibus ipsi exercitantes, qui præmissa damna irrogasse, modo antè lato comprobati fuerint, possessiones, & bona habere dignoscuntur, per huiusmodi literas sententiales scribatur, & demandetur, quatenus ipsi mox, receptis dictis literis sententialibus, huiusmodi læsis, & damnum passis, ex parte ipsorum damna inferentium, per ablationes rerum, & bonorū eorūdem, & si necesse fuerit, possessionū occupationes, super omnibus, in huiusmodi literis sententialibus contentis, coram testimonio alicuius capituli, vel conuentus, omnimodam & indilatam satisfactionem teneantur exhibere.

Quicumq; autem ex huiusmodi exercituantibus, potentialiter seu voluntariè succensiones, & combustiones, aut deprædationes villarum & possessionum, exactiones Ecclesiarum, nobilium, & virorum Ecclesiasticorum propriam curiam, & domorum inuasiones, & deprædationes, mulierum vel virginum spoliationes, raptus, & dehonestationes, hominum verberationes, & vulnerationes, & alios similes, & maiores, & enormes actus potentialiter committere præsumperint: ex tunc, contra tales, præmissa modo & ordine in illis Comitibus, in quibus huiusmodi potentialiter patrata fuerint, inquisita & comperta veritate, in facto potentia conuincantur, & ex parte eorum, indilata satisfactio, modò superius declarato, per sententiam iudiciariam impendenda declaretur, & demandetur, ac per Comites parochiales, & iudices nobilium ipsius delinquentis, & in facto potentia conuicti, ad executionem earundem sententiarum per occupationes possessionum, rerum & bonorum ablationes, & alia in talibus fieri solita, per Palatinum, & iudicem curia, realiter, & effectiuè procedi, literatoriè committatur & demandetur. In cuius rei memoriam, firmitatemq; perpetuam, præsentis concessimus literas nostras, pendentes & authentici sigilli nostri noui duplicis, quo, vt Rex Hungaria, vtimur, munimine roboratas. Datum Budæ, in festo beati Gregorii Papæ. Anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo quinto, Regnorum nostrorum anno, Hungarici quadragésimo octauo, Romanorum vigésimo quinto, Bohemia decimo quinto, Imperii verò secundo.

De Gr. Smà
lesicio mili-
tū, panis q.

ALBERTI ILLVSTRIS. QVONDAM
HUNGARIE REGIS DECRETVM IN-
cipit editum Anno Domini 1439.

Nos Albertus Dei gratia Romanorum Rex, semper Augustus, ac Hungaria, Bohemia, Dalmatia, Croatia, &c. Rex, & Dux Austria, &c. Memoria commendamus, tenore præsentium significantes, quibus expedit, vniuersis, quòd excellentissimo Principe, Domino Sigismundo Romanorum Imperatore, ac præfati Regni Hungaria, &c. Rege, patre nostro charissimo, laudandæ memoriæ, tempore nouiter præterito, Deo cœli, cuius nutu humana fragilitas nequit obuiare, volente, viam vniuersæ carnis ingredienti, nobisque fauente diuina clementia, in regimen, & solium ipsius Regni Hungarici votiue succedentibus, Prælatorum & Baronum, nec non Procerum, & Nobilium Regni nostri Hungarici Vniuersitatis identitas, nostrum Regium conspectum adeundo, & libertates ipsius Regni nostri, quibus ipsi Prælati, & Barones, ac Nobiles, eorumque prædecessores, temporibus diuorum Regum, præsertimque quondam Serenissimi Principis, Domini Lodouici, Regis felicitis recordii, prædecessoris nostri freti fuere & gauisi, in quàm plurimis suis articulis diminutas esse recitantes, & nostram Regiam Serenitatem super reformatione status dicti Regni nostri precibus & instantiis propulsantes, infra scriptos articulos, & in eis contenta, nostris literis inseri, & conscribi facere, approbare, & in eisdem se per nos illibate

conferuare, humilimè supplicarunt; nos quoque promissimus, imò promittimus bona fide, quòd articulos infra scriptos tenere & implere volumus, & debemus.

De reformatione consuetudinum Regni.

PRIMO, quòd antiquas leges & consuetudines huius regni, & libertates regnicolarum, Ecclesiasticorum & secularium, cuiuslibet status, ad priorem suum modum & statum, quantum de iure, & cum honore eorundem Prælatorum, & Baronum, ac Regni nobilium consilio & auxilio possumus, reducemus, redintegrabimus, reformabimus, & de cætero in eisdem manu tenebimus, & conferuabimus. 10

De electione Palatini.

INSUPER, quòd Regia Maiestas Palatinum Regni, antiqua consuetudine Regni nostri requirente, eligat, & quòd idem Palatinus ex parte regnicolarū Regiæ Serenitati, & ex parte ipsius Regiæ Maiestatis regnicolis iudicium & iustitiam facere potest, & teneatur: quòd consilio Prælatorum, & Baronum, ac Regni nobilium pari voluntate eligatur.

De stipendiatis, & exercitu generali.

ITEM, quòd Regia dignitas, pro tuitione Regni, & confiniorum, ipsiusq; conseruatione, hominibus suis exercitualibus de stipendio Regali dispositiones faciat, sic, quòd regnicolas ipsi stipendiati exercituantes non prædentur, exercitus verò generalis regnicolis tam diu, donec huiusmodi stipendiati exercituantes aduersariis resistere poterunt, non proclametur. Vbi autem ipsi exercituantes regnicolas prædati fuerint, tunc tales pronuncientur ad instar aliorum patratorum actuum potentiariorum. Dum verò necessitate virgente, exercitum generalem proclamari contigerit, tunc Nobiles Regni vltra metas, & confinia regni, ex quacunq; parte eiusdem, Regni inuiti more exercituantium non ducantur, antiqua eorum libertate requirente. 20

Item, quod nouitates, & nociuæ consuetudines introductæ, aboleantur, & destruantur. 30

Quòd officia exteris nationibus non conferantur: & quòd domini Prælati & Barones, homines forenses non conseruent.

*De hoc sapa
alibi passim
in his Regiæ
decretis &
consensu
Ragor.*

ITEM alienis, & forensibus hominibus, cuiuscunque nationis & linguagii existant, officia in ipso regno nostro, non committemus; nec castra, fortalitia, metas, possessiones, honores, Prælaturas, Baronias, Comitatus, vel quascunq; Ecclesiasticas, vel seculares dignitates, ad tempus, vel in perpetuum, extraneis & forensibus, nisi hominibus Hungaris conferemus: Quodq; Prælati & Barones, homines extraneos & forenses non conseruent. 40

Quòd prouentus Regales solis incolis Regni in arendam conferantur.

ITEM detricesimis, lucro Camera, montanis, vrburis, cussionibus monetarum, cameris salium, eorundemque Comitibus, nec non Marduris, quinquagesimis, & quibuscunque officialibus in arendam, vel administratiuè, seu aliter quouis modo, similiter hominibus idoneis, coronæ Hungariæ suppositis, & non extraneis, liberam disponendi facultatem, modo consueto, habeamus. 50

De lucro Camera, quinquagesima, & Mardurinis.

ITEM, quod lucrum Camera in regno Hungariæ, quinquagesimam in partibus Translyuanienisibus, ac mardurinas in regno Sclauoniæ, exigi cōsuetas, exigi, more

gi, more aliàs ab antiquo consueto, redimēdi, & ad statum tempore præfati quondam domini Lodouici Regis obseruatum.

Quòd domini Prælati & Barones duas dignitates tenere non possint.

ITEM, Prælati & Barones duas dignitates, honores, baronias, scilicet seculares, & Ecclesiasticas, simul tenere non valeant; nec homo secularis, siue vir Ecclesiasticus, dignitates Ecclesiasticas occupatiuè seruare possit.

De cambiis forensium mercatorum.

ITEM, nullus mercatorum forensium, & extraneorum, cuiuscunq; nationis existant, ad mercandū, seu forizandū, in medium regni, sed ad loca tempore præfati quondam domini Lodouici Regis, ad forizandum, & emendum, & cambien-
10 dum deputata, negociationes suas peracturus, more consueto accedat.

De moneta non immutanda, & de cussione obulorum.

ITEM, quòd monetam auri & argenti, in valore & cursu, quibus pro nunc existit, sine consilio Prælatorum, Baronum & regni nobilium non immutabimus: sed
cudantur obuli, in eadem lega, qua ipsi maiores denarii cuduntur, quorum obulorum duo vnum integrum denarium valeant: Et quòd penes dominum Archiepiscopum Strigoniensem, & Magistrum Tauernicorū, vnus fidelis & idoneus vir,
in probatione huiusmodi cussionis monetæ, auri scilicet & argenti, deputeretur.

*Vide decret.
Matth. Regis.*

De extraneis monetis & salibus.

ITEM, monetæ, & pecuniæ, atq; sales forenses, in regnum non introducantur, & nec acceptentur, & de hoc fiat prouisio celerius, quantum potest.

Quòd domina Regina officiolatus solis incolis regni conferat.

ITEM, quòd dispositio pro Serenissima Principe, domina Elizabeth Regina, & eius status honoris cōseruatione, ex quo est hæres huius regni, fiat, vbicunq; vult in regno: sicut tamen, quòd ipsa domina Regina, honores & officiolatus suos nō extraneis & alienis, sed incolis huius Regni, quibuscunque maluerit, conferendi, & collatos, dum sibi placuerit, ab eisdem, secundum suum arbitrium, habeat facultatem auferendi.

De captiuis in exercitu, tempore pugna erectis, & de facultate bellantium disponendi de eisdem.

ITEM, dum in exercitiis, & pugnis, seu quibuscunq; Regis cū inimicis regno committendis, Hungaros aliquos de hostibus captiuare, vel aliquid aliud lucrari contigerit: tunc ipsi Hungari huiusmodi captiuos, & lucrum, exceptis notabilibus personis, vel capitaneis ipsorum exercituum inimicorum Regiæ Maiestatis, in captiuos pertinentes, quos nos ab ipsis captiuantibus, pro donis condignis recipere valeamus, pro se retinendi, vel vendēdi, aut Ecclesiis perpetuæ seruitutis iugo tradendi, & donandi habeant facultatem.

Quòd in defensionibus metarum Regni, Maiestas Regia consilio regnicolarum vtetur.

ITEM, quòd in defensionibus & conseruationibus metarum, & confiniorum huius Regni, consiliis regnicolarum vtetur.

Quòd honores seculares incolis istius Regni conferantur.

ITEM, honores seculares, absq; quolibet consilio, hominib. istius Regni Hungariæ, & non aduenis, liberum arbitrium conferendi, & ab eisdem auferendi habeamus.

Quòd possessiones forensibus non conferantur: incolis etiam pro seruitiis, & non pro pecuniis donentur.

ITEM, possessiones, & iura possessionaria, non forensibus, sed benemeritis incolis tantum regni, & coronæ Hungariæ subiectis, iuxta eorū merita, & obsequia, & non pro pecunia, conferemus. Perpetuas verò venditiones, vel impignorationes iurium Regalium, & Camere, nec cum consilio, neque sine consilio quorumcunq; faciemus.

ITEM, quòd præscriptiones, seu dispositiones super metis & graniciebus inter Hungariam & Austriam priùs factæ, in suo robore perdurent: de metis verò & graniciebus inter Hungariam & Morauiam, quicquid de consilio eorundem Prælatorum, Baronum, & Regni nobilium de iure facere debemus, libenter faciemus.

De hospitibus, & victualium procuratoribus.

ITEM, quòd in possessionibus, & bonis nobilium & Ecclesiarum, seu quarumcunq; seculariũ, & Ecclesiasticarum personarum, violentas exactiones victualium, procurationes hospitalitatũ, & alias quascunq; aggrauationes præter voluntatem inuitantiũ non faciemus, nec fieri permittemus; nec in domibus, & in locis Prælatorũ, Baronum, & aliorum quorumcunq; secularium, & Ecclesiasticarum personarum, pro tractatibus habendis, & aliis quibuscunq; negociis disponẽdis, 10
ipsis inuitis morabimur, aut eos expẽsis, victualibus, curruum & sarcinarum vecturis, nunciorum & familiarium, & quorumcunq; ad nos pertinẽtium procuracione, ultra eorum spontaneam voluntatem in aliquo grauabimus, sicut abusiue, & cõtra voluntatem eorum, ab antiquo tempore retracto fieri erat inchoatum.

De seruitiis exercitualibus Ecclesiasticarum personarum.

ITEM, Ecclesiæ, & Ecclesiasticæ personæ à taxis non diu abusiue introductis, liberæ & absolutæ relinquuntur; seruitia tamen exercitualia more aliàs consueto 20
facere teneantur.

De maritationibus filiarum Regiæ Maiestatis.

ITEM, quòd de maritatione filiarum nostrarum agemus cum consilio Prælatorum, & Baronum, ac nobilium Regni nostri Hungarici, nec non cognatorum & proximorum, atq; subditorum regnorum, ac ducatum nostrorum.

Item, quòd Ecclesiastica beneficia vacatura non faciemus, neq; permittemus persecutores occupare personas.

Item, quòd habitationem nostram hinc in Hungaria, more aliorum Regum, faciemus, & continuabimus.

Quòd procuratores Regiæ & Reginales in sede iudiciaria sedere non possint. 30

ITEM, quòd procuratores Regiæ & Reginalis Maiestatum in sede iudiciaria, vnà cum iudicantibus sedere non possint, sed interim causantes, tempore, quo videlicet causa ipsorum Regiæ & Reginalis Maiestatum agitur, stare debeant: literas etiam per causidicos in ipsa sede exhibentes, per se non conspiciant, nec tractent suis manibus nisi Magistri iudicantium.

Quòd Regia & Reginalis Maiestates ratione indebita recaptuationis iurium possessionariorum in aestimatione conuincantur, & de impetratoribus iurium Regalium.

ITEM, in facto possessionum per Regiam vel Reginalem Maiestatem, aut eorum procuratorum à talibus, qui per præsens in dominiis earundem extiterunt, 40
recaptiuandarũ, & iuri Regio acquirendarũ, quas Regalis seu Reginalis Maiestas iure mediante vigore huiusmodi recaptuationis, sibi appropriare nõ possent, cõtra tales, q; sic indebitè, & absq; iure impediti, & expẽsis fatigati fuerint, ipsa Maiest. in aestimatione talium possessionũ ad instar aliorũ similia facientiũ regnicolarũ, cõuincatur. Et similiter si quipiã aliqua iura possessionaria, nomine iuris Regii, p se impetrarèt, & eadẽ ipsi iuri Regio pertinere, comprobare non valerent, in aestimatione eorundẽ. Si vero tales impetrantes ante decisionem causæ, in facto huiusmodi iurium impetratoris motæ, se de dominio ipsorum iurium, ac de prouentuum eorum perceptione occupatiue, siue alio quouis modo intromitterent, nec 50
tandem iuridicè sibi appropriare possent, contra partem læsam, seu litigantem, & expensis fatigatam in facto potentia, prout ordo iuris requirit, conuincantur.

Quòd Despotus, & Comes Cilix, officiolatus Hungaris conferant.

ITEM, iuxta requisitionem regnicolarum nostrorũ, nos vnà cum eisdem operabimur, quod Despotus Rasciæ, & Comes Cilix, cæteriq; Magnates, dominia, videlicet

delicet possessiones, castra, fortalitia, ciuitates, oppida, & alia bona, in hoc Regno Hungarico habentes, & tenentes; huiusmodi castra, fortalitia, oppida, ciuitates & possessiones, non aduenis & forensibus, sed Hungaris hominibus pro honore dare debeant.

Item, honores & officia nostra illis Hungaris, regnicolis nostris, quibus uoluerimus, more ab antiquo consueto, iuxta huius Regni nostri Hungarici consuetudinem, conferemus.

Quod solum nobiles possint captiuari, qui in sententia capitali conuincuntur.

ITEM, quod nullus nobilium Regni, pro quibuscunq; factis per quemcunq;, 10 præter talem, contra quæ sententia capitalis iuridicè lata fuerit, possit detineri, seu quoquo modo captiuari.

Quod nobiles decimas soluere non teneantur.

ITEM, nobiles tam Iobagiones habentes, quam non habentes, decimas dare non teneantur, antiqua eorum libertate requirente.

De proclamata congregatione; qui modus institutus fuit olim tempore quondam Dn. Sigismundi Regis, per Dn. Albertum Regem renouatus.

VERVM quia frequenti querela regnicolarum nostrorum, imò quadam palpabili experiètia teste, nostra percepit Celsitudo, quod nonnullas nouas possessionum occupationes, & potètiarum actuum illationes, eisdem regnicolas, inferioribus videlicet, à potentioribus multipliciter opprimi, & grauari, ideo uolentes insolentis, & nouis anteceptionibus, per media opportuna, viâ præcludere: Statuimus, & ordinamus, sicut etiam in decreto maiori antefati quondam domini Sigismundi Imperatoris aliàs Posonii de vnanimi Prælatorum, & Baronum, ac Procerû huius Regni nostri nobiliû consilio, assensuq; & voluntate edito, aperte continetur, quod quâdocunq; & vbicunq; fuerint factæ nouæ possessionariæ, ac terrarum occupationes, potètiaræ uadiationes, seu rerum & bonorum ablationes, succisiones syluarum, interemptions, vulnerationes, & verberationes hominû, domorum & possessionû inuasiones, & deprædationes, ac alii similes noui actus potentiarum maiores: extunc læsi, ac damna & iniuriâ passi, impetratis literis nostris 30 Regalibus querimonialibus, & præceptoris, Comites parochiales, & iudices nobilium Comitatus illius, in quo facta huiusmodi patrata extiterint, accedant, & requirant: qui quidem Comites & iudices nobiliû cum testimonio capituli vel cõuentus illi Comitatus deseruire soliti, à vicinis & cõmetaneis, ac nobilibus cõprouincialibus, sub certis pœnis, & huiusmodi literis nostris Regalibus declaradis, in sedem eorû iudiciariam, per modû proclamatæ cõgregationis, partibus quoque litem habentibus conuocatis, ad fidem eorum Deo debitam, fidelitatem nobis & sacræ coronæ obseruadam, tactis sanctorum reliquiis præstitam, super huiusmodi nouis occupationibus possessionariis, & aliis actibus potentionariis, plenam & indilatam requirant veritatem; qua requisita & inuenta, possessiones occupatas auctoritate in hac parte eis attributa, mediâte, restituant eisdem à quibus fuerant indebitè occupatæ, ipsosq; dominio in earum dē protegant, & conseruēt. Alia uero bona, & † ualida potentia ablata, absq; defectu reddât & restituât. Super facto autem potentie in talibus commissæ partes utraq; discussionem, & sententiâ finalem recepturi, ad certum terminum, mediâtibus eorum, & dicti capituli vel cõuentus literis, seriem totius facti exprimētibus, ac propria, & possessionû factum huiusmodi attestatum nomina continentibus, in personâlē præsentiam nostram Regiâ, aut palatinalē, seu iudicis curiæ trâsmittât: ubi absq; vltioris termini & 50 litigonarij processus obseruatione, & continuatione, etiam partis non uenientis absentia non obstante, nos, vel iudex alius, ad quem causa transmissa fuerit, iuramentum capitis decernentes, tandem finalem sententiâ proferemus, & † pio fine terminabitur.

Vide in decretis Sigismundi Regis, pag. 49.

† al. attemptationib.

† supra, uada potentionaliter ablata.

† al. et proferre tenebitur.

Glossa decreti Sigismundi contra non permittetes.

Quicunq; autem huiusmodi vicinorum, & cõmetaneorum, ac aliorum nobilium cõprouincialiu attestations fieri, de damnisq; & ablati, læsis, & dānificatis satisfactionem impendi non permitteret, eisdem omnino resistendo: extunc

fieri attestaciones & satisfaciones. talis in illo termino, ad quem factum, seu causa huiusmodi per Comitē, ac capitulum, seu conuentum rescribetur, in facto potentia pronuncietur, sed decernatur eo facto.

Additio alia quod in proclamata congr. causa memini progetur.

Volumus etiam, & presentibus decernimus, vt talis modi premissorum executio, seu causa, per modū proclamatae cōgregationis exinde mota sine vertēti nec nostris Regalibus, seu Reginalibus, neq; Prælatorū seu Baronum, quorumcunq; etiam confinia Regni nostri tenentium literis, nec videlicet ratione exercitūalis expeditionis, neq; conseruationis castri possit quoquā prorogari, sed eadem causa in vno termino ad hoc deputato finaliter concludatur.

Quod quilibet personaliter repertus super nouis actibus potentiaris respondere teneatur. 10

ITEM, quod quilibet patrator nouorum actuum potentiariorum, qui corā Regia Maiestate, aut Palatino, seu iudice curiæ nostræ Regiæ per querulantes personaliter reperietur: in continenti, sine vlla prorogatione, vllaq; cautela inuēta, super omnibus sibi obiiciendis ipsi querulanti debeat respondere: alioquin contra tales, tanquam absentes, ipsa congregatio generalis detur.

De facultate concordandi litigantium.

Libera concordia sup. pag. 49.

PARTES tamen litigantium quandocunq; voluerint, absq; requisitione iudicis, & onere solutionis byrzagiorum, liberam concordandi habeant facultatem, quemadmodum antiqua & laudabilis Regni nostri consuetudo huiusmodi concordiam, in quibuscunq; factis poenentialibus, & aliis liberè faciendam dicit & consentit. 20

Redemptiones autem literarum, & adductiones testimoniorū capitulariū, seu conuentualium, & qualiter, aut quomodo falsæ viæ tributorum custodiantur, in eodem statu, quo in ipso decreto domini Sigismundi Imperatoris & Regis continentur, relinquuntur.

Additio cōsecutorum longe post.

DE PROCESSIBVS PER EXHIBITIONES LITERALIUM INSTRUMENTORUM: qui modus fuit olim institutus, & obseruatus, vsq; ad annum Domini 1488. quo tempore quondam dominus Matthias Rex istos longos processus, ad breuiores terminos restrinxit: tamen in causis prius motis adhuc pristinus modus obseruatur. 30

ITEM alia facta potentiaria minora, pro quibus videlicet proclamata congregatio nō datur, in tribus terminis, seu octauis finaliter in iudicio cōcludantur, sic videlicet, quod duas euocationes præcedentes, trina forensis proclamatio subsequatur. In factis autem, seu requisitionibus quarumcunq; possessionum, finaliter duabus euocationibus, & trineforensi proclamatione procedēti pars aduersa respondere teneatur, tali modo: Quod si aliqua literalia instrumēta apud se habere asseruerit, tunc semel sine onere, binis autem vicibus, cum oneribus iudiciorum, absq; consulētia vltioris prorogationis, exhibere teneatur: aut si ad primum terminum exhibitionis non venerit, tunc etiam duo termini; & si ad secundū nō venerit, tunc vnus terminus compleatur, causaq; in facto possessionario mota, finem fortiatur effectiuum. 40

Quid si dixerit instrumenta apud manus alienas existere.

SI verò pars aduersa sua literalia instrumenta apud manus alienas haberi asseruerit, tandem pro requisitione huiusmodi suorum literalium instrumentorum vnus annus assignetur, vt contra aduersarium in facto ipsorum instrumentorum terminus compleatur: sic, quod elapso ipso anno, in primo termino iuridicè assignato, dicta instrumenta sua exhibeat; vel si exhibere nollet, aut non posset, tunc absq; vltiori prorogatione ipsa causa similiter finem fortiatur effectiuum. 50

Quod si plures fuerint in causam attracti, & quidam ex eis absentes fuerint.

SI verò in accusacione alicuius possessionis, tres, vel quatuor, aut quinque, siue plures personæ, vnus tamē & eiusdē generationis, in causam fuerint attracti: tunc in absentia, & non venientis vnus, vel duorum aut pluriū, aut si ex ipsis vnus, vel duo

duo aut plures in exercitu, siue in conseruatione confiniorum, seu castru, vel aliis quibuscūq; seruitiis Regalibus fuerint constituti, tunc ratione horū causa in factō talis possessionis mota vllatenus progari possit, sed in eadē causa cum vno vel pluribus eorūdem in propriis residentibus, terminus legitimus similiter compleatur.

Quid si omnes in exercitu fuerint.

VBI autem omnes huiusmodi in causam attractos, nullo penitus eorū in propriis remanente, in notabilibus regni, vel regis seruitiis occupari contigerit; extūc causa ipsa, dempto facto proclamatae congregationis generalis, ad vltiorem terminum, more aliās consueto, poterit prorogari.

De pœnis inter Ecclesiasticos & seculares impositis.

ITEM, quæcūq; Ecclesiastica persona aliquem nobilem in præsentia cuiuscūque iudicis ordinarii citauerit, vel euocauerit, & si idem nobilis contra ipsam personam Ecclesiasticam ordine iudiciario in sententia conuictus fuerit, tūc grauamina maiora incurrere non possit idem nobilis, nisi homagiū suum, scilicet, emendā capitis sui preciosi, eo modo sicuti ipsa Ecclesiastica persona, & de damnis tam ex parte Ecclesiasticarum, quàm secularium personarum, iudex damnū patienti satisfactionem impendere teneatur.

De funeribus hominum intersectorum, quòd Archidiaconi nullam solutionem recipere valeant.

ITEM, decreuimus, prout etiam per certos prædecessores nostros Reges decretum fuisse intelleximus, quod pro funerib. hominum per aliquem vel aliquos interemptorum, Archidiaconi seu Plebani parochiales, prout hucusq; de mala consuetudine fuit obseruatum, nullam solutionem pecuniariam recipere valeant, atque possint.

Nos itaque huiusmodi petitionibus Prælatorū, Baronum, nobilium ac regnicolarum nostrorū aures exaudibiles Regis cum fauore inclinātes, supradictos articulos quoad omnes suas cōtinentias, & clausulas, mera nostra autoritate, & potestatis plenitudine, ex certa nostræ Maiestatis sentētia, necnon de cōsensu & beneplacito præfatę Dominæ Elizabeth Reginæ, consortis nostræ prædictæ, præsentib. literis nostris inseri fecimus, ipsos Prælatos, Barones, nobiles, & regnicolas nostros, præmissis libertatibus in eisdem articulis superius expressis, perenniter fruuturos, & gauisuros cōmittē. Adieciimus præterea, ac nostro ac potestate dominæ Reginæ consortis nostræ nominib. spondemus: quòd memoratos regnicolas nostros, & totum regnum nostrum, in quibuscūq; eorum necessitatibus nō deseremus: sed fideliter, & toto posse nostro, pariter cum eisdem ipsum regnum, ac præassertos omnes regnicolas nostros, ab omnib. æmulis defensabimus, ac in cunctis tam præmissis, quàm etiam in aliis singulis bonis, & laudabilibus, ac iustis antiquis consuetudinibus eorum, & regni nostri Hungarici prædicti, inuiolabiliter semper & vbiq; tenebimus, & conseruabimus effectiue. Quicūq; autem hominum, cuiuscūq; status & conditionis existant, hæc ipsa, quę in superioribus continentur, quauis scilicet occasione impugnare molirētur: contra omnes, & quoslibet tales, ad eorum proteruiam domandam & compescendam pariter, tum eisdem regnicolis nostris, prout & ipsi omnes vniuersaliter id ipsum se facturos sponponderunt, operabimur, totoq; posse præsentium literarum nostrarum, quibus secretum sigillum nostrum, quo vt Rex Hungaricus vtiuitur, est appensum vigore & testimonio mediante. Datum Budæ feria sexta, proxima ante festum sanctæ Trinitatis, Anno Domini millesimo quadragesimo tricesimo nono.

LADISLAUS DEI GRATIA HVNGARIÆ,

BOHEMIAE, DALMATIAE, CROATIAE, &c.

Rex, Austriae; & Stiria, Dux, nec non Marchio

Moravia. 1454.

FIDELIBVS nostris vniuersis, Prælati, Baronibus, Nobilibus, & alteriis

cuiusvis status & conditionis hominib. possessionatis, in Comitatu Pesthienfi cōstitutis, & existentibus, salutem & gratiam. Crebrarum ac dudū inualescentium nouitarum nobilium hominum fide dignorū huius Regni nostri Hungariæ pericula formidatium patefactione edocti sumus luculenter: quomodo perfidissimus Imperator Turcarum potentissima paganorum coadiuuatione solito multiplicata in finale exterminium firma intentione machinatur, hoc regnum nostrū Hungariæ subintrare. Proinde nos vigili aduertentia in animo reuoluentes, ne velut olim hoc regnum nostrum Hungariæ ex Tartatorum inuasionē improuisa, in aduertētia regnicolarum, in flebilem ruinam fuerat positum, & in præsentiarum inuitabili cursū dicti Imperatoris Turcorum, & campestri cum conflictu indispositi (quod Deus auertat) nos cōtingat periclitari, & totius huius regni machina, sacra religione Christiana imbuta, penitus diruatur, quemadmodum etiam in proximis diebus euolutis exemplari intuitu ciuitati Cōstantinopolitanæ, per eūdem Imperatorem Turcorū illatū fore iam experti sumus manifestè. Ea propter prædicti fideles nostri Prælati, Barones, nobiles & pceres dicti regni nostri Hūgaricæ, vnà cum certis electis nobilibus hominibus singulorum Comitatum eiusdem regni nostri, quibus per alias literas nostras nuper super inde dederam⁹ in mandatis, in hac ciuitate nostra vndecim his diebus congregati, super eo qualiter huiusmodi ipsius Imperatoris Turcorum inuasio restollanda valeret, tutius euitare vniuniformem habētes tractatum & deliberationem, nos cum eisdem validam expeditionem exercitualem, ad natalem patriam nostram, Altissimo propitio, defendendam aduersus paganorum insultus, decreuimus instaurādum, præsentibus literis nostris, sub certorum articulorum inclusionibus subnotādis vestrīs fidelitatibus notificandum, videlicet, quòd primum spectabilem & magnificum Ioannem de Huniad, perpetuū Comitem Bistriciēssem, infra præsentis integri reuolutionem anni, capitaneum generalem instituiamus huius exercitus nostri instaurandi.

Item domini Archiepiscopi, Præpositi, Episcopi & Capitula, ac Abbates, & alii dignitates & honores Ecclesiasticos maiores tenentes, quemadmodum tempore quondam Domini Sigismundi Imperatoris & Regis, aui nostri, cōsueti fuerunt, cum ipsorum Banderiis, ac numero lācearum exercituare teneantur: ita videlicet, quòd quantumcūq; Ecclesiarum, seu personarum Ecclesiasticarum prouētus per inimicos extitissent minorati, iuxta limitationem electorum hominum prædictorum, etiam huiusmodi exercituatio earūdem Ecclesiarum, seu personarū Ecclesiasticarum, cum tanto defectu minoretur: quòd etiam aliæ personæ ecclesiasticæ, dignitates & honores ecclesiasticos minores tenentes, quorum nomina in registro nostro exercituationis scripta non existunt, secundum conscientiam limitationum electorum hominum prædictorum, iuxta quantitātē prouentuum earūdem personarum Ecclesiasticarum, exercere teneantur.

Item, in quibuslibet Comitatus. tot probi & fide digni homines potiores per communitatem nobilium eorūdem Comituum eligātur, quod in eisdem Comitatus inde nobilium habentur, qui vnà cum eisdem iudicibus nobilium Comitatus in quo connumeratio fieri debebat, præstitis iuramentis per eosdem, connumeratisq; portibus Iobagionibus, ad rationem & numerum lucri Camerae faciendum, de centum portis Iobagionibus, tã Ecclesiasticarum, quàm secularium personarū quatuor equites pharetrarii, & duo pedites similiter pharetras, ac clypeos, & cuspides habentes, ad exercituandū hac vice tantum, & vsq; ad metas & terminos regni nostri Hungarici, & non vltius disponant, ac in quolibet Comitatu, per eandem vniuersitatem nobilium, è medio ipsorum vnus idoneus cōductor belli illius Comitatus eligatur, qui cum eisdem hominibus exercituantium connumeratus penes Capitaneum exercitus tempore debito accedere teneatur. Vniuersi etiam nobiles regni nostri Iobagiones non habentes, per singula capita, aut cum dominis ipsorum, iuxta limitationē dictorum electorum hominum, teneatur exercituare. Et qui equester, vel pedester proficisci debeant, vel qui propter paupertatem, senium, vel infirmitatē exercituare nō possint, iidem electi homines discernant & disponant. Pro personis verò filiorum Magnatum paruulorū, homines

homines armati, pro aliis verò pueris & orphanis, iuxta eorum facultatem, confimiliter homines exercituantes transmittantur. Vniuersi autem Magnates, Barones, milites, nobiles & proceres dicti regni nostri, maiores scilicet & minores, ab inuicem diuisi, per singula capita propria hac vice exercituare teneantur. In castris ex pluribus castellanis sufficiat vnum remanere, cum tot personis, quot pro conseruatione talis castris sufficientes fore iudicauerint electi homines deputati; alii personaliter debebunt exercituare.

Item, in domibus notabilium nobilium, vnus nobilis pro prouifore Curia posfit remanere, ita tamen, quòd quicumq; modo præmissis remanserunt, teneantur
10 homines suos exercituantes connumeratos transmittere. ex nobilibus verò, & aliis minoribus, filios, aut fratres indiuisos habentes, sufficiat vnum ad exercitum proficisci, antiqua consuetudine obseruata.

Item, quòd Iobagiones exercituantes nobilium in pluribus Comitibus possessiones habentes, electi homines connumeratores talium Comitatum erga & penes dominos ipsorum in illum Comitatum, vbi tales domini eorum residentia fecerint, personalem transmittant; qui quidem nobiles, seu domini, cum talibus hominibus eorum exercituare si voluerint, sub Banderio dominorum ipsorum accedant, & proficiscantur: qui etiam ratione de numero, & personis talium suorum exercituantium, generali Capitaneo dare, & de eisdem respondere tenebuntur.

Item, quilibet exercituans, tam maior, quàm minor, teneatur in propriis expensis tam in eundo, stando, & redeundo, proficisci, nullusq; audeat aliquas res, vel victualia, absq; competenti solutione, recipere. Si qui autem violenter in aliquibus locis aliquas res, vel victualia receperint, ductor exercitus talis Comitatus ex parte damnificantis teneatur impendere satisfactionem indilatam. Et si ipse damnificans, vnde satisfaceret, non haberet, caput eiusdem in magnis damnificato debeat assignare pro ductore belli Comitatus prænotati. Quòd si talis ductor belli facere non posset propter persone talis damnificantis maiorem, auisset superinde Capitaneum generalem, qui teneatur damnificato satisfacere: alioquin damnum passus, valeat damna sua, iure mediante, acquirere, secundum contenta decreti
20 dominorum Prælatorum & Baronum.

Item, omnes liberae ciuitates, tam nostrae regales, & reginales, quàm dominorum Depositi & Comitatus Cilia, aut aliorum Magnatum, nec non totum regnum nostrum Sclauoniae, de quibus lucrum Camere nostrae solui non consueuissent, modo præmissis, connumerari debeant, & similiter Philistæi, Comanii, Wolaii, & Tartarii connumerati debeant exercituare.

Item, omnes celebrationes octauarum, & iudiciorum, tam Ecclesiastici, quàm seculares, vsq; descensum exercitus nostri, in proximo consurgere cessare debeant. Post descensum vero præsentis exercitus, aut si huiusmodi exercitus leuari non debuerit, oes octauae signatè festi beati Georgii immediate sequentis vsq; sine celebrentur.

Quodq; Iobagiones quorumcunq; vsq; ad festum sancti Martini proximè affuturi, nullo modo hinc inde deducantur, morentur.

Disposuimus in super, quod quicumq; tam Prælatorum, ac Baronum, virorumq; Ecclesiasticorum, & Magnatum, nec non nobilium, & possessionatorum hominum, prædictam dispositionem & ordinationem in toto vel in parte obseruare vel implere nollent, aut non curaret. Ex tunc tales dicti electi connumeratores in eo mox admonere debeant, vt per defectum huiusmodi non perfectionis, dispositionis, & ordinationis prædictorum, pro quolibet equite, sedecim florenos auri & pro quolibet pedite, 10. fl. auri, vsq; quintum decimum diem, à die admonitionis eorundem computando, dicto capitaneo nostro generali dare & soluere debeant, & teneantur, qui si non soluerint, extunc ductor exercitus talis Comitatus, vnà cum electis hominibus, & iudicibus nobilium ipsius Comitatus, vbi talis modi dispositiones infringentur, seu non proficiscantur, illas possessiones possessionarias, de quibus ipsae dispositiones profecto non fecerint, occupare, occupatasq; tam diu, donec per hos, quorum redemptionem eadem magis competunt, dictorum summa & quantitate florenorum redimantur, conseruate valeant, atque possint.

Quodq; præmissa dispositio exercituaalis ad aliquam pecuniariam solutionem nullatenus, & per nullum modum, per quempiam conuertatur: quod si per aliquem factum fuerit, pœnam sententiæ capitalis incurrat ipso facto.

Item, exercituanes illi, qui scilicet de exercitu furtiuè recedunt, si nobiles fuerint, possessiones ipsorum amittant: si vorò ignobiles, pœnæ capitali subiaceant: & similiter illi, qui à dominis illorum dispositionē habuerūt, vel pecuniā eorū leuauerunt, cum eisdemq; proficisci noluerunt, eandem sustineāt capitalem pœnam.

Præterea, quia præmissam dispositionem exercitualem contra antiquā consuetudinem & libertatem tam Ecclesiasticarum personarū, quàm etiam aliorum regnicolarum nostrorum, maiorum & minorū, propter præsentis validissimi belli apparatus, dicti Imperatoris Turcorum in huius Regni inuasionem (quod Deus auertat) faciendum pro eiusdem regni notabilis scilicet filii regii, & patriæ paternæ defensione & conseruatione in præsentiarū leuare oportuit, & promulgare; Ideo nos, & ipsi Prælati, Barones, cæteri q; nobiles & proceres dicti regni nostri spondemus, & fide nostra Christiana præstita, etiam cum nostri, & ipsorum Prælatorū, & Baronū sigillorū impressionis roboratione promittimus, & pollicemur: quod à modo & deinceps nullo vnquam tempore, talem inconsuetā exercitualem promulgabimus, & faciemus, neq; ipsi facient, & promulgabūt, sed tam nos, quàm ipsi Prælati, Barones & proceres regni nostri, penes dictā antiquam consuetudinem exercitualem semper permanebimus, & ipsi permanebunt.

Item, pro compescendis quarumcunq; nociturnitatum generibus, disposuimus, vt Prælati, electi homines in singulis Comitibus, vnà cum iudicibus nobilium, omnibus querulantibus teneantur super quibuscunq; factis potentiariis, & etiam possessionum occupationibus ex parte in causam attractorum, habita prius superinde diligēti inquisitione, compertaq; sufficēti rei veritate, absq; dilatione, & terminorum prorogatione, iudicium & iustitiam querulantibus teneantur exhibere: Comesq; parochialis ius huiusmodi iudiciorum modo præmissis faciendū teneatur satisfactionem indilatam & plenariam ex parte huiusmodi in causam attractorum læsis ministrare. Quod si ipse Comes parochialis ex quacunq; causa facere noller, extūc talis Comes parochialis honore suo priuetur, causaq; huiusmodi, modo prætracto, adiudicata in curiam nostrā regiam, per eosdem iudices, transmittatur: vbi in primis octauis celebrandis, sine conclusione absq; vlla prorogatione vteriori terminetur, vbi ipse Comes, vel Vicecomes præmissa patran* in eo vt ipsi in prima die sedis iudicariæ super talis modi nouis actib. potentiariis, damnis atq; iniuriis, læsis & damnificatis omnimodam impedere debeant satisfactionem admoneant. qui si id facere recusauerint, tunc ipsi electi & iudices nobiliū seriem huiusmodi non satisfactorum, in literis eorum conscribi facere, & ad primas octauas tunc celebrandas transmittere, iudex ordinarius octauis in eisdem contra tales Comites & Vicecomites literas sententiales læsis & damnificatis dare & eandem executionem debeant, & teneantur.

Quocirca fidelitati vestræ præcipimus, & mandamus, quatenus mox postquā prætracti homines electi dicti Comitatus Pestiensis, hic Budæ in præsentiarū constituti, hinc vestri in medium cum præsentibus reuertentur, & peruenerint, ad locū sedis vestræ iudicariæ, vniuersaliter cōgregati, iuxta cōtenta præsentiuū dispositionum nostrarū, vnà cum dictis Prælati, & Baronib. & electis hominib. per vos deputatis, cæterisq; nobilib. & proceribus dicti regni nostri in superiorib. articulatis cōscriptarū, vos cum celeritate more exercituantiū, tam impedite disponatis & appromptueris, vt dum, & q̄ primū annotatus Comes Ioan. generalis Capitaneus exercitus nostri p̄nominati vobis scripserit: in continēti cum apparatu exercituali fulciti præuio ductore, belli ipsius Comitatus, vnde modo prætracto, vnum de medio eligendo, ad loca, q̄ idē Capitaneus noster generalis duxerit notificāda, ad resistendū p̄dictorum inimicorū nostrorū insultibus proficisci valeatis: aliud sub pœnis prædictis, & nostræ indignationis, facere non ausuri in præmissis. Datū Budæ in festo conuersionis beati Pauli Apostoli, Anno Domini. 1454.

Ad relationem dominorum Prælatorum & Baronum confirmata.

MATTHIÆ

MATTHIÆ REGIS HVNGARIÆ CONFIRMATIO SANCTIONIS REGIS ANDREAE

tempore coronationis, anno Domini 1464.

MATTHIAS Deigratia Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiae, Ramiæ, Seruiæ, Gallicia, Lodomeriæ, Comaniæ, Bulgariæq; Rex, vniuersis Christi fidelibus, presentibus pariter, & futuris presentium noticiam habituris, salutem in omniũ saluatore. Cũ laudabilis, fœlixq; sit Respublica illa, in qua bene institutę leges dominantur: decet igitur Reges & Principes, in quorum manib. populorum vrbiumq; ius est, non modo armis populorum sibi creditum fortiter tueri, sed etiã in iuribus libertatis, & constitutionibus vtilibus conseruare. Proinde ad vniuersorum noticiam, harum serie, volumus peruenire, q̄ Prelati, & Barones regni nostri, ac nobiles proceres, qui ad cõcludendum in negociis regni nostri, in congregatione generali, quã his diebus pro fœlici coronatione nostra in Albaregali celebrauimus, deputati fuerant; accedendo nostrum regium in conspectum, necessitatibus illis, quibus hoc regnum nostrũ & nunc vrgeretur, pro omnia declaratis: Exhibuerũt nobis quãdam priuilegia, quondã excellentissimorum Principum, dominorum, Lodouici Regis Hungariæ, ac Sigismundi Imperatoris Romanorum, & similiter Regis Hungariæ, &c. p̄decessorum nostrorum fœlicium recordationũ, decreta & instituta corũdẽ & dicti regni nostri continentia, ac insuper quosdam articulos, quos ipsi Prælati, Barones, & nobiles nostri regni in prædicta congregatione pro communi vtilitate & pace denuo fecissent; Supplices vnanimiter maiestati nostræ, vt eadem & eosdem acceptare, & approbare, ac de verbo ad verbũ trãsumi facere, & similiter cum libertatibus & institutionibus in eisdem conscriptis, & etiam similiter cum decreto quondam potentissimi Domini Andree Regis, per ipsum Dominum Lodouicum in huiusmodi suo priuilegio confirmato, auctoritate nostra regia innouando, pro vtilitate regni nostri perpetuo duratura & valitura stabilire & confirmare, & confirmata obseruare dignemur: quorũ quidem priuilegiorum, vnus scilicet, dicti Domini Lodouici Regis, tenor talis est.

DECRETVM QVONDAM LODOVICI. I.

REGIS EDITVM ANNO DOMINI

1531. Obiit 1382.

LODOVICVS Deigratia Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiae, Ramię, Seruiæ, Gallicia, Lodomeriæ, Comaniæ, Bulgariæq; Rex, Princeps Salernitanus, & montis sancti Angeli Dominus: omnibus Christi fidelibus, presentibus pariter, & futuris, presentium noticiam habituris, Salutem in eo, qui Regibus dat salutem, ac fœliciter regnare, victoriosẽ triumphare. Thronus & potentia regalis dignitatis tũc dignoscitur roborari, cũ subditorũ quieti & tranquillitati prouida suspectione prouideretur; ipsisq; digno remunerationis brauio in libertatibus largiendo, imò etiam per alios Reges pia consideratione institutis, † cum fouendis testimonio confirmationibus liberaliter responderetur. Nã tum obseruantia fidei suæ, trahans originem debitã rationis & naturæ legibus, stabilis perseuerat, cũ beneuolentia Principis in suos ostensa regnicolas, sic semper coalescit in subditos, vt nisi vitæ suffocetur igniculus, in corpore vigor fidei non lentescit. Ea propter ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quòd Baronum, nec non procerum & nobiliũ regni nostri cœtus, & vniuersitatis identitas, nostrum regium conspectũ adeundo, fidelitatibus suis, & fidelium seruitiorum præclaris meritis, in cunctis nostris & regni nostri negociis, prosperis & aduersis, cũ summo fidelitatis studio, & votiua diligentia nostræ Maiestati exhibitis, & impensẽ declaratis, & nostram in memoriam reuocatis; exhibuerunt nobis quasdam literas priuilegiales Illustrissimi Principis Domini Andree Tertii Belæ Regis filii, olim inclyti Regis Hungarię, aui, & p̄decessoris nostri, piæ recordationis, aurea bulla roboratas, libertatesq; ipsorum per sanctissimum Stephanum Hungarię gentis Regem & Apostolum,

†.al. componenda, nec non confirmanda, lib.

vt prædictæ literæ declarabant, ipsis institutas, innouandas & cõfirmandas tenoris subsequenter; supplicantes vnanimiter, & cõformiter nostræ humiliter Maiestati, vt ipsas acceptantes, ratificantes & approbâtes, præsentibus de verbo ad verbum transmissi facientes, similiter cum omnibus libertatibus eorundem in eisdem expressis, excepto solûmodo vno articulo in subsequenti declarando, confirmare, & easdem libertates in dictis literis expressas, ex Regiæ benignitatis clemētia, autoritate Regia innouando, ipsos in eisdem perenniter fruituros, & gauisuros, literis nostris priuilegialibus mediantibus stabilire dignaremur. Quarum tenor supra in Andrea Rege, pag. 35:

SEQUITVR DECRETVM QVONDAM¹⁰
MICHAELIS ZYLAGII DE HOROGZEG
olim gubernatoris Regni Hungariae, editum 1458.

Nos Michael Zylagii de Horogzeg, nomine & in persona serenissimi Principis & Domini, Domini Matthiæ Dei gratia Hūgarix, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. electi Regis, gubernator in eisdem regnis constitutus, Memores cõmendamus præsentibus, quòd nobis vnà cum dominis Prælati, Baronibus, nobilibus & proceribus Regni Hūgarix vniuersis, circa festum Circumcisionis Domini proximè præteritum in hanc ciuitatem nostrâ Pesthiensem cõuenientibus & proficiscētibus, ordinationibus, quæ pro conseruanda pace, & statu, vtilitateq; & commodo præfactorum regnorum, & partium eis subiectarū, opportuna & perutiles videbantur tractandæ, relictis sopitisq; & sedatis omnibus & singulis gwerris, & discessionibus in alterutrū præuis rat onibus exortis & fuscitatis, inter alia quæ hinc inde cõcorditer expedita sunt, p̄fati Domini Prælati, Barones, nobiles & proceres vniuersi exhibuerunt nobis concorditer & præsentarunt articulos infra scriptos, petentes & desiderantes, vt eos & in eisdem contenta, rata habere, admittere, ac p nos ac præfatum dominū nostrum Matthiam electum Regem cõseruatuos permittere dignaremur: quorum quidem articulorum tenor sequitur in hæc verba. *Quòd bona tam Ecclesiastica quàm secularia à tribus annis antea actis occupata vsq; ad quindecim dies sub pœna facti potentialis remittantur.*³⁰

ITEM primò, q̄ omnes Ecclesiæ occupatæ & possessiones & bona earundem, ac Prælatorū & Baronū & nobiliū possessiones & portiones possessionariæ similiter occupatæ, tempore scilicet quo nō fuerunt octauæ iudicialiter celebratæ, hoc est, à tribus annis, vel citrà, remittantur, vsq; ad quindecim dies; ita quòd occupatio talis probetur per attestationes vicinorum & commetaneorū, ac nobiliū prouincialium. prout consuetum est in proclamata congregatione. Et si occupata remittere noluerint, ex tunc sine vltiori processu conuincantur in facto potentie, & dominus gubernator possit occupari facere possessiones, & talis bona conuicti, & propriam personam eiusdem captiuare.⁴⁰

Quòd Regia Maiestas de suis prouentibus exercituare teneatur, alioquin etiam Banderati, & demum Nobilesq; insurgant.

ITEM, quòd dominus Rex contra omnes & quoslibet inimicos & huius regni deuastatores hoc regnū Hungariæ de prouentibus suis Regalibus protegere & defendere teneatur: ita videlicet, quòd si idem dominus Rex insultibus ipsorum inimicorum huius regni cum ipsis prouentibus protegere non posset, seu non valeret, ex tunc Prælati & Barones, cæteri q; viri Ecclesiastici huius regni, Banderia, seu gentes ipsorū, iuxta limitationes diuorum Regum huius regni in hac parte factas, leuare & insurgere debeant & teneantur. Si autem cum eisdem etiam ipsis inimicis resistere non possent, ex tunc vniuersi nobiles, & alterius cuiusuis status possessionarii homines, exercituantium more, prout aliorum Regum Hungaricorum temporibus fuit, procedere & permanere teneantur.⁵⁰

Item, quòd de omnibus illationibus damnorum & iniuriarum, & aliorum maiorū generibus, à festo beatæ Katharinæ virginis in anno Domini millesimo quadringen-

dringentesimo quinquagesimo sexto præterito, vsq; hæc tempora, per quoscunq; patratorum & commissorum, iuxta ordinationem & conclusionem Prælatorum, & Baronum, ac regnicolarum huius Regni Hungariæ pridem in generali congregatione hîc Budæ facta, in Comitatu quolibet iudicium & iustitia celebrari teneatur; hoc esset contra libertatem Regiam, & Palatinale officium. Igitur id ipsum permaneat in antiqua consuetudine.

Quòd quatuor octauæ singulis annis celebrentur.

ITEM, quòd ipsæ quatuor octauæ singulis annis celebrari teneantur, & nunquam pro aliqua ardua causa dimittantur, excepto, quando erit generalis exercitus, & ¹⁰ nulla alia causa prorogetur.

Quòd nunquam aliqua taxa petatur.

ITEM, quòd nunquam dominus noster Rex, & neq; dominus Michael Zylagii gubernator huius regni, pro quacunq; causa, seu negociis quibusuis arduissimis aliquam taxam, seu solutionem pecuniariam, per lobagiones regnicolarum, seu alios nobiles petere valeat atque possit.

Quòd vniuersa fortalitia admonitionem nobilium infra quindecim dies diruantur sub nota infidelitatis; nec retineri valeat nisi cum literis capituli, vel conuentus, ac iudicis nobilium.

²⁰ ITEM, quòd vniuersa fortalitia seu castella per quoscunq; in quibusuis Comitatus erecta & constructa, ex quibus spolia & deprædationes committuntur, diruantur, exceptis quæ ad vtilitatem ipsius Comitatus sunt, remaneant: ita quòd si aliqui moniti per nobiles illius Comitatus in sede iudiciaria infra quindecim dies non diruerent, extunc tales notam infidelitatis incurrant eo factò, & dominus Rex vel gubernator, tales vt infideles punire valeat: Et quodcunq; fortalitium vigore & testimonio literarum capituli vel cõuentus ac iudicis nobilium illius Comitatus; in quo tale fortalitium esset erectum, remanere valeat.

Quòd dignitates Ecclesiasticæ, ac officiolatus, & perpetuitates extraneis non conferantur.

³⁰ ITEM, quòd ipse dominus Rex neq; dignitates Ecclesiasticas, neq; alios honores officiolatus, vel perpetuitates hominibus extraneis dare & conferre valeat.

Quòd bona extraneis collata recuperentur.

ITEM, de castris & aliis bonis extraneis hominibus donatis Rex faciat recuperandi diligentiam.

Quales casus Ecclesiastici possint iudicare.

⁴⁰ ITEM, quòd iudices Ecclesiastici, neq; Archiepiscopi, vel eorum Vicarii iudicare valeant, nisi dotes & res parafernales, iura quartalitia, factû decimarum, effusiones sanguinum, & verberationes Ecclesiasticorum & mulierum, nec non testamēta, & matrimoniales causas, ac de periurio, prout in canonibus expressum est.

Quòd sacerdotes, scholares, & nobiles thelonia & decimas non soluant.

ITEM, quòd nullus omnino nominû de sacerdotibus, scholaribus, nobilib. neq; thelonia, neq; decimas, prout vetus regni requirit consuetudo, exigere debeat.

Item, quòd neq; ipse dominus noster Rex, & neq; ipse dominus Michael gubernator ex parte omnium, & quorumlibet fratrum, & familiarium ipsorum, omnibus querulātibus absq; omni fauore debitam iustitiam, ac commodam satisfactionem impendere teneantur, & nec per aliquos fratres, vel familiares ipsorum aliqui regnicolæ huius regni quouis modo opprimantur.

⁵⁰ *Quòd noua pecuniæ cudantur, & nunquam mutantur.*

ITEM, quòd pecuniæ nouæ cudantur, quorum ducenti pro floreno, & obuli eorundem quadringenti habeantur, & nunquam mutantur.

Quòd singulis annis ad festum Pentecostes fiat diæta in Pesth.

ITEM, quòd vniuersi regnicolæ & homines possessionati singulis annis ad

festum Pentecostes ad oppidum Pesthiense per singula capita congregari teneantur. Et si qui rationabiliter se excusare non poterunt, talium possessiones per dominum gubernatorem, vel dominum Regem occupentur.

Quòd vniuersæ ciuitates & castra Regalia ad manus domini gubernatoris tradantur.

ITEM, quòd vniuersæ ciuitates mutata, ac castra Regalia, ad manus præfati domini Michaelis gubernatoris, & statim, resignentur.

Quòd omnes lobagiones liberè dimittantur, sub pœna occupationis bonorum, & solutionis duodecim marcarum.

ITEM, quòd vniuersi possessionati homines de eorum possessionibus ad possessiones aliorum, obtenta licentia, iustoq; terragio deposito, & aliis solitis debitis persolutis, iuxta antiquam consuetudinē huius regni, absq; omni litigionario processu, pacificè & tutè, secureq; permittere debeant. Si autem aliqui permittere nollēt, extunc Comites, vel Vicecomites, & iudices nobiliū illius Comitatus, huiusmodi lobagionem cum sex marcis eliberare teneantur, prout antiqua cōsuetudo requirit. Si autem aliqui hominum Comitatus obedire noluerint, tūc Regia Maiestas, vel eius gubernator possessiones talium occupet, & tā diu tenere valeat, donec huiusmodi lobagio cum duodecim marcis eliberabitur.

Nos itaq; petitionibus dictorum dominorum Prælatorum, Baronum, Nobilium & Procerum Regni vniuersorum iuri consonis inclinati articulos descriptos, & singulatim eorum inuiolabiliter obseruare, complere, & exequi per nos, vel per præfatum Dominum Matthiam Regem electum promittimus, & volumus cum effectu. In quorum omnium præmissorum testimonium præsentis literas nostras eidem Vniuersitati dominorum Prælatorum, Baronum, & Nobilium Regni Hungariæ prædicti duximus concedendas. Datum in Pesth, vigesima quarta die congregationis suprā dictæ, Anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo octauo.

Nota quòd sequens articulus videbatur scriptus eadem manu cum precedentibus articulis à tergo literarum. qui quidem articulus mihi modicam præstaret fidem, nisi eum in iudiciis solummodo conspexissem obseruari.

ITEM ad hoc, quòd literæ præceptorix, proclamatae congregationis generalis vires integras habeant iuramentum ad caput deponendi, conclusum est, vt ad minus sex commetanei, totidem vicini, ac duodecim nobiles comprouinciales attestati habeantur. Vbi autem defectus pluralitatis commetaneorum fuerit, suppleat defectus tales per vicinos tantundem numeri.

ARTICVLI IOANNIS CORVINI WAY.

VODÆ IN CIVITATE PESTHIENSI, PER

Prælatos & Barones in congregatione generali editi,

Anno 1445.

I.

Quòd eligent, & deputabunt vnum gubernatorem.

II.

Quòd vniuersi domini Prælati, & Barones, & quiuis alii castra, castella, fortalitia, ciuitates, oppida, possessiones, & quæque iura possessionaria, nec non Episcopatus, Abbatias, Præposituras, decimasq; ac quæuis beneficia, & iura Ecclesiastica per ipsos hîc gwerrarum temporibus occupata, & vsurpata, remittent & resignabunt. Ciuitates etiam, quas hætenus Capitanei tenuissent, pristino earū statui, dispositioni, custodiæq; ac conseruationi propriæ remittent, ipsique Capitanei excipient manus, gentes, ac familiariorum eorum: quiq; etiam ex huiusmodi occupatoribus ac Capitaneis in hac conuentione præsentis forent, interim non recedant ad eadem

ad eadem, donec huiusmodi remissionem & resignationem efficient suo modo. Quodq; vniuersa castra, castella, fortalitia his disturbiorum temporib. erecta, durante præfente congregatione, diruantur & deleantur, his demptis, quæ in confinibus regni, pro defensione sunt erecta: qui scilicet hic præfentes forent, non recedent, donec eadem deponere facient, & delere.

III.

10 Quòd omnes domini Barones honores, & officiatus eorum, quos habent, in præfenti conuentione deponant, manibusq; & dispositioni, ac distributioni aliorum dominorum Prælatorum, Baronum, & regnicolarum, liberè, & sine contradictione committent, & assignabunt.

IIII.

Quòd alia vniuersa, quæ in hac conuentione pro pace, vtilitate, & commodo Regni statuentur, concludentur, ac disponentur, firmiter obseruabunt, in eisdem persistent, ac eis obediunt, & parebunt.

V.

20 Quòd omnes contractus, confederationes, & vincula inter quoscunq; Prælatos, Barones & regnicolas, in alterutrum, & mutuo, fide mediante, vel alia re, qualitercunq; facte, & ordinate, quæ scilicet vtilitatem regni & Reipub. impediret, cassæ, annullatæ, & inanes habeantur. Et quod ipsi domini Prælati & Barones in omnibus pro vtilitate regni & Reipublicæ regnicolis assistet, ac contra omnes statuta & ordinationes regni infringentes insurgent, toto eorum posse.

ARTICVLI PRONVNCIATI TVNC DE
OFFICIO PALATINI, QUANDO SPECTABILIS
& magnificus dominus Emericus de Zapolya, Comes perpetuus Scepusiensis, per serenissimum Principem, Dn. Matthiam Regem, ex
consensu regnicolarum fuit electus in Palatinum.

30 QUONIAM præfens diætæ, siue congregatio regnicolarum, pro eligendo & sufficiendo nouo Palatino instituta est, eam ob rem, qualis eligi debeat, & quæ ad eius officium ex antiqua ordinatione pertineant, præterea quo tempore ex suscepto officio exercere & peragere debet, ante omnia diligenter consideranda, & annotanda sunt: vt his cognitis, saniori maturioriq; consilio electio ipsa tractari, & talis eligi possit, qui necessarias in se conditiones habeat, & onus sibi iniunctum pro regni honore, commodo, statu, tranquillitate & conseruatione, prudentia, cõsilio, & authoritate sua supportare, atq; regni habenas, necessitatis tempore, moderari, & eius defensionem prospicere sciat, & valeat.

In primis, quòd maiorum ordinatione sancitum & constitutum est, quod si quando Regum semen deficere contigerit, & de electione noui Regis tractaretur, in ipsa electione Palatinus ex officii dignitate, primam vocem semper habere debet.

40 Secundò, si quispiam Regum hæredem in tenera ætate constitutum reliquerit; Palatinus ex officio tenetur, & debet illum, tanquam tutor, in regnis & dominiis paternis cõseruare, & fideliter defendere. Cui quidem Palatino interim, quo heres ipse in adultam peruenerit ætatē, vniuersi illius subditi & regnicolæ, perinde ac vero Domino & Regi, semper obedire, & in omnibus rebus obtemperare teneantur.

Tertiò, si Regium semen deficere cõtigerit, infra id tempus, quoad nouus Rex eligeretur, aut etiam, si, vt præfertur, hæres in tenera ætate relinquatur, Palatinus eius tutor habet semper ex officio pro rebus, & necessitate regni, & etiam illius hæredis facere, & iudicare diætæ, quasq; opportunas duxerit, cui, vt præfertur, regnicolæ semper parere, & morem gerere debent, & teneantur.

50 Quartò, si quando vrgeret regni necessitas, & opus esset, vt pro eius necessitate, & necessaria defensione regnicolæ insurgerent, Palatinus ex suscepto officio debet esse generalis & supremus Capitaneus regni & regnicolarum, & illos gubernare, iuxta tamen voluntatem & arbitrium Regiæ Celsitudinis.

Quintò, quòd si quæ differentia, siue seditiones, aut alia controuersia inter

regnicolas fore contingerēt, Palatinus auctoritate officii prouidere, illasq; sedare, & complanare, atque nocentes iuxta demerita punire, nec non commissa emendare & rectificare debet, dignitate tamen & auctoritate Regia salua semper remanente.

Sextò, quòd si quando differentia siue discordia aliquando inter Regem & regnum oriri fortè contingeret, Palatinus ex officio debet esse mediator, & se interponere, atq; illos, adhibita omni diligentia, cura, studio, & solitudine, fideliter componere.

Septimò, si quando contingeret Regem tam simplicem, aut negligētem esse, ad audiendum oratores, vel etiam ad respondendū: illis Palatinus ex officio prouidere, & illius defectum supplere debet & teneatur. 10

Octauò, si bona aliqua donantur per Regiam Maiestatem, & contractores apparuerint, causabunturq; iniuste per suam Maiestatem fuisse donata: debent Palatino conqueri, & ille ad aures Regias huiusmodi querelas quàm primùm referre tenetur. Si verò Rex abeslet, nihilominus accepta querela, tenetur ille quàm primùm significare, & similiter rogatum facere, quo Maiestas sua præfigat terminum, & locum, vbi & quando ipsa querela videatur, discutatur, & diffiniatur.

Nonò, Palatinus ex officio habet, quemlibet regnicolarū sine prætextu iurium possessionariorum, siue actuum potentiorum, ad iustitiam querulantium in ius euocare, & hac in re adeò amplam potestatem, iurisdictionem & auctoritatem habet, vt dempta Regia dignitate, nullus omnino iustitiariorum ampliorē, sed neq; parem habeat. Alii quippe iudices regni, in causis dumtaxat actuum potentiorū, & non iurium possessionariorum decernere, & sententias ferre habent. Cæterum, si qui iure coram Palatino in Byrsagiis, aut aliis iudiciorum oneribus, conuincantur, illis eiusmodi onera Regia Celsitudo non tam ordinata, quàm sed absoluta potentia, & auctoritate relaxare quidem potest, non tamen debet hic, quia Palatinus de Byrsagiis ipsis pro suo arbitrio semper disponere potest, aliis autem, qui coram cæteris iudicibus conuincuntur, Regia sublimitas liberè & directè de ordinata sua potentia, onera ipsa relaxare semper potest. 20

Decimò, quòd Regiam Maiestatem siue in exercitu, siue aliter extra regnum agere si contingat; Palatinus ex officio debet in regno semper esse locumtenens, & cum aliquibus penes ipsum deputandis, quorum tamen ipse caput & superior esse debet, omnia facere, & exercere, quæ Rex ipse posset & deberet, potest, demptis tamen gratiis, & donationibus iurium, ad coronam deuolutorum, præterea aliis illis quæ directè ad Regiam dignitatem ex antiqua ordinatione pertinuerunt semper. 30

Vndecimò, habet Palatinus ex officio iurare totam Comaniam, & est semper Comes & iudex Comanorum, à quibus pro huiusmodi officio & labore debet habere quoad annum tria millia aureorum, prout hoc ex literis Lodouici & aliorū Regum prædecessorum manifestè colligitur, 40

Duodecimò, tota Dalmatia subiacere debet iudicio Palatini, & pro prouentibus habet in illa certas insulas.

PRIMUM DECRETUM MATTHIÆ
REGIS ANNI M. CCCC. LXII.

Nos Matthias Dei gratia, Rex Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. significamus per presentes: Quòd cum his diebus in præsentī generali congregatione vniuersorum Prælatorum, Baronum, Procerum, & Nobilium Regni nostri in hac ciuitate nostra Budensi, quinto decimo die festi Beati Marci Euangelistæ celebrata, vnà cū eisdem multa & magna disposeremus, ad meliorandum statum Regni nostri prædicti, opportuna: inter alia iidem Prælati, Barones, Proceres & Nobiles vnanimi omnium voto obtulerūt & præsentauerunt nobis quosdam Articulos, antiquā legem & consuetudinem ipsius Regni nostri innouantes, & declarantes, ordine infra scripto in hæc verba. 50

Articuli,

Articuli, in quibus iuxta antiquam consuetudinem regni euocatio, sine crastinatione extra octauas fieri potest, in presentiam personalem Regis, ubicunq; fuerit intra ambitum regni.

ARTICVLVS I.

INVASORES castrorum, & domorum, seu in habitationum Nobilium, in quibus personaliter resident, si verbera, siue vulnerationes aut caedes, siue spolia reru in talibus domibus conseruari solitarum fecerint. Item, violenti ablatores literarum, aut literalium instrumentoru. Item, incendiarii, & inductores exterorum hominum
 10 spoliatorum, & erigentes se contra Reuerentiã Regis, & literas iuridicas, aut fidei publicæ, quas saluũ conductũ, vulgariter glait appellamus. Item, interfectores Nobilium, & qui nobiles, & captos detinent, vulneratoresq; ipsoru Nobilium, præsertim euntium ad congregationem regnicolarum vel octauas, aut sedem iudiciariã, vel ibi existentes damnificabunt. Item, deprædatores totalis possessionis alicuius cum effractione Ecclesiæ. Item, violenti stupratores virginũ, aut corruptores honestarum mulierum. Hi omnes euocari possunt in personalem præsentiam Regis ad terminum longiorẽ vel breuiorem, secundum distantiam locorum, à quibus huiusmodi euocatio fieri debet. Ita tamen, quod longior terminus triginta dies nõ excedat: breuior verò terminus infra quindecim dies nõ descendat. Et talis modi euocatio fiat solummodo per testimonium capituli, vel conuentus illius Comitatus
 20 aut vicini, vnde prædicta euocatio fieri debet. Et quia firmiter est iudicium, quod plurimoru sententiis roboratur, interesse debent iudicio huius euocationis Prelati, & Barones, qui tunc in Curia Domini Regis fuerint constituti. Et dilationẽ habet sine prorogatione solummodo illi, qui occupati erunt in exercitu generaliter, aut partiali pro vtilitate regni instaurantium. Item, qui erunt occupati in ambasiata Regis, vel regni, pro communi bono. Verumtamen qui sub confidentia talis modi prorogationis aliquem ex præactis fecerit actibus, & se absentauerit à iudicio: huiusmodi prorogatione se defendere non valeat. Et talis modi euocatio fiat solum deinceps pro actibus præmissis, à prima die præsentis congregationis generalis, in posterum patrandi. In occupationibus verò à tempore electionis Domini nostri
 30 Matthiæ Regis factis, fiat restitutio; cui si occupator non obedierit, aut impedierit quo minus fieri valeat, & perficiatur, euocetur vt supra declaratur. Item proclamata congregatio detur secundum formam decreti quondam domini Sigismundi Imperatoris & Regis. Item quatuor octauæ annuatim sine intermissione celebrentur.

Articuli, qui concernunt notam infidelitatis, & in quibus & non aliis possint per dominum Regem possessiones & bona delinquentium donari, seu alienari.

I.

40 EVIDENTER se erigens contra statum publicum Regis & coronæ. Item, qui conficit falsas literas, vel eis euidenter vtitur in iudicio. Item, qui sculpsit falsum sigillum, vel eo vtitur. Item, cufores falsarum monetarum, vel scienter & publicè in magna quantitate eisdem negocium exercentium. Item, occisor consanguinei sui, vsq; ad quartum gradum consanguinitatis inclusuè. Item, incendiarii publici villarum, & possessionum. Item, inductores externorum hominum spoliatorum, aut stipediariorum, ad disturbandum statum internum regni. Itẽ, erigentes se opponendi sua
 50 potentia contra literas iuridicas, & sententias iudicum ordinarioru post secundam euocationem & probationẽ. Item, violatores literarum fidei publicæ, vel salui conductus, dum euidenter fuerint conuicti. Item, traditores castroru, vel prioru dominorum, dum euidenter fuerint conuicti. Item, occisores vel vulneratores iudicum ordinariorum Regni præsertim, dum sint in officio publico. Item, publici hæretici adhærentes damnatæ hæresi. Item, incestuosi, & corruptores consanguinearum suarum, vsq; ad quartum gradũ consanguinitatis, dum euidenter fuerint conuicti & proscripti.

OMNES causæ circum mysteria & defectus sacramentorum. Item, causæ in facto fidei. & causæ hæresium, seu suspectorum de hæresi. Item, causæ testamentariorum, & eisdem accessoribus. Item, causæ matrimoniales & accessorium earumdem. Specialiter autem dotis, & rerum parafernaliū, donationum propter nuptias, & iuris quartaliti, si non intēretur pro hæreditate possessionaria adipiscenda. Item, causæ, decimarū Realium & personalium, & accessor earumdem. Item, causæ vsurarū. Item, causæ viduarum & miserabilium personarum, si non agitur pro possessionibus & prædiis adipiscendis. Item, causæ fidei violatæ, & omnium periuriorum; & 10
causæ, quarum finis tendat ad correctionē pro peccato. Item, omnes causæ, in quibus quis incidit in sententiā excommunicationis hominis, vel canonum. Quibus quidem Articulis præmissis, modo vobis præmissis præsentantes, supplicauerunt nobis dicti Prælati, Barones, Proceres, & Nobiles Regni nostri, vt eisdem articulos Regio consensu approbantes, dignaremur deinceps facere obseruari. Nos itaque supplicationibus eorundem Prælatorum, Baronum, Procerum & Nobilium prædicti Regni nostri inclinati, prædictos Articulos, & quælibet eorum acceptanda & approbanda decernimus, deinceps inuiolabiliter obseruanda obseruabimus, & obseruari faciemus cum effectu. In quorum omnium præmissorum testimonium præsentem literas nostras secreti sigilli nostri, quo vt Rex Hungariæ vtimur, in munimine roboratas, Vniuersitati dictorum Prælatorum, Baronum, Procerum, & nobilium prædicti Regni nostri duximus concedendas. Datum Budæ vigesima die congregationis generalis supra dictæ, Anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo. 20

SECUNDI DECRETI, INVICTISSIMI PRINCIPIS MATTHIÆ, REGIS HUNGARIÆ,
articuli noui, per eundem editi Anno Domini 1464.

ARTICVLI autem prænotati hanc continent formam, Primò quòd nos hoc regnum nostrum Hungaricū, & omnes eius ad idem pertinentes incolas, in omnibus & singulis bonis & antiquis libertatibus, consuetudinibus, & iuribus, quibus hoc regnum utebatur, temporibus prædecessorū nostrorum, conseruabimus, & tenebimus, & quòd decreta quondā dominorū Lodouici & Sigisfundi Regum, simul cum decreto olim Domini Andree, similiter Regis, per ipsum Dn. Lodouicū Regem confirmato, confirmabimus, & cum infra scriptis articulis obseruabimus. 30

De conseruatione sacre coronæ.

ITEM, quia nouimus nos, & nouerunt omnes domini Prælati & Barones nostri, nouit etiam tota cōmunitas regni, quomodo & qualiter propter indebitā custodiā & prouisionem sacre coronæ, ipsa corona fuit ab hoc regno alienata, in cuius alienatione irrecuperabilia damna, & indicibilia spolia, & multas incōmoditates hoc regnū passum est; & tandē post multos labores & fatigas, & graues expēsas, ipsa corona ex pecuniis cōmunitatis regni nouissimè est redempta: Nos ergo volumus, & debemus de pari consensu & voluntate dominorū Prælatorū, Baronum, & Regni nostri nobilium hoc in loco prouidere circa debitā custodiam & conseruationem ipsius coronæ sacre locum aliàs consuetū, & personas ad id idoneas, ne (quod Deus auertat) ipsa corona iteratò ab hoc regno alienetur. 40

Quòd nemo nota infidelitatis, sine Baronum consilio, damnetur. 50

PRÆTEREA, quod nos aliquem, vel aliquos ex regnicolis, sine Prælatorū consilio, & regni Baronum, nota siue crimine infidelitatis damnare non valeamus.

De ablatione breuium iudiciorum.

BREUES etiam euocationes de cætero pro nullis actibus & commissis vt fierent; ex parte tamen iam euocatorum fieret iudicium, secundum contenta literarum euocatoriarum.

De celebratione quatuor octauarum, & de euocationibus cum insinuatione.

CÆTERVM omnes quatuor octauæ annuatim celebrentur, excepto casu, quo contingeret fieri exercitum generalem per omnes regnicolas: Et, si etiam nos in factis & negociis regni particularibus extra Budam occuparemur, octauæ non prorogentur. Iudices quoq; maiores, siue ordinarii, pariter cum eorum vicegerentibus, in celebratione huiusmodi octauarum interesse semper teneantur. Deinceps quoq; euocationes cum insinuatione ad ipsas octauas fierent, in quibuscunq; negociis, & factis post obitum quondam Domini Alberti Regis illatis, ac perpetratis; quæ etiã euocationes cum insinuatione possent emanari, sub sigillo omnium iudicium ordinariorum regni nostri.

De prorogationibus, & pœnis utentium falsis prorogationibus.

PROROGATIONES autem nostris temporibus ipsarum octauarum nemini suffragari valeant: nisi solùm illis, qui castra in confinibus regni, & significanter in regno Boznæ tenerent, vel qui essent eo tunc occupati in bello, aut qui progredere-tur in legationibus nostris, & regni nostri, per prouincias extraneas. Et si aliqui sub forma alteri⁹ istorum trium articulorum limitatorum prorogationis acquirerent, & ita non occuparentur, in pœnis aliàs in talibus fieri solitis, hoc est in emenda linguæ, conuincerentur.

De quatuor factis potentionariis, quæ in tertia octaua finaliter terminentur, nec ulterius possint prorogari.

IN facto verò interemptionis nobilium, & occupationis possessionum, ablationis literarum, & literalium instrumētorum, domorumq; & curiarum nobiliū, vbi personaliter residerent, inuasionis, nulla amplior in istis tribus articulis limitatis, nisi à tempore euocationis primæ octauæ, in tertiam octauam fieri posset prorogatio, nec ipsi occupati infra huiusmodi eis datam prorogationem cum aliquibus litigare valeant.

De prorogationibus fratrum indiuisorum.

SI occupatus duos vel tres, vel plures fratres indiuisos haberet, quorum nomina in prorogatione exprimerentur, & non occuparentur in rebus dictis, tribus articulis expressis talibus non occupatis, non obseruetur prorogatio, exceptis rebus factum possessionum & exhibitionum literarum concernentibus. Ille verò qui occupatus fuerit in negociis prædictis, cum eis condemnari non posset, qui in talibus non essent occupati.

Quòd sales extranei in regno non vendantur sub pœna ablationis.

SALES extranei in regno nostro, & in confinibus regni nostri, nō vendantur, sub pœna ablationis eorūdem: sed vbicunq; sales nostri regales cursum habere debeant. Illorum autem possessiones & bona, qui ablationes huiusmodi salium extraneorum non paterentur, occupare debeant; & tenere infra satisfactionem de damnis nostris exinde secutis.

De destructione castellarum post obitum Alberti Regis erectorum.

OMNIA castella post obitum quondam domini Alberti Regis, in regno nostro constructa, vsque festum Pentecostes proximè venturum, sub pœna perpetuæ infidelitatis, distrahantur: exceptis solummodo castellis illis, quæ in partibus inferioribus, contra incursum Tutcarū, ac quæ in Comitatus Bachienfi, & de Bodrog, & aliis Comitatus regni nostri confinia tenentibus, constructa essent, & etiã dempto castello Ioan. Chwz, ac illis, quæ antiquis temporibus, ac etiam tempore quondam Domini Sigismundi Regis fuerunt castella tandem rupta, & iterum in alio loco constructa essent, quæ remaneant pro vtilitate regni.

Quòd ille, qui cum iure regio, vel processu causidicum alios in suis possessionibus iniuste vexatur, in astimatione illorum conuincatur.

ITEM, quicumq; à nobis donationem iuris regii, super aliqua, vel aliquibus possessionibus impetrauerit, bonis aliorum, si bona impetrata iuri regio pertinere debere, nō possit comprobare, ac etiam illi litigātes qui aliquo iure super bonis alio-

rum litigarent, & bona huiusmodi suo iuri ordine iudiciario applicare non posset: propter in debitam inquietationē possessionis, contra eundē possessorem in communi existimatione ipsorum bonorum conuinceretur.

Quòd bona illa, quæ post obitum Alberti Regis fuissent occupata, remittantur.

OMNIVM, & singulorum bona, quæ à tempore obitus dicti quondam Domini Alberti Regis, per quoscunq; iniuste occupata essent: per eorum detentores, infra octauum diem sancti Ioan. Baptistæ nunc venturi, illis, quorum sunt, remittantur, Et detētores illi vigore literarum nostrarum, vel aliorum iudicum ordinariorum, per nostrum hominem, & capituli, vel conuentus testimonium, ad remittendum occupata bona amoueantur: Et si amoti non remitterentur, euocentur cum in-
10
11
nuatione ad proximè futuras octauas ex parte, quorum fieret iudicium & iusticia sine prorogatione.

Quòd regnum Sclauonia & partes Transsylvania in suis libertatibus conseruentur.

REGNUM nostrum Sclauoniæ, & partes Transsylvaniæ in omnibus antiquis bonis libertatibus, consuetudinibus, & iuribus conseruentur; viri seculares contra viros Ecclesiasticos in nullo facto & lite seculari possent magis aggruari, quàm viri Ecclesiastici aggrauarentur contra seculares.

Quòd plura loca tributorum in eadem possessione esse non possint: Et de modo exigendi, & falsis viis tributorum.

TRIBVTVM in vna & eadem possessione, in pluribus locis exigi non possit, sed in vno tantum loco, etiam possessoribus tributi quantumcunq; inter se discordantibus. Et quòd in omnib. locis tributorum tributum secundum antiquum modum exigeretur; facientes autem contrarium, amitterent dominium tributi. Tributarii vias falsas, nec in terris aliorum, nec extra antiquam cōsuetudinem, custodire valeant. Et vt propter non solutionem tributi, quisquam impediri non possit, extra metas possessionis, vbi tributum exigeretur. Nullum tributum, vel vadum possit esse contra antiquam consuetudinem, & legem regni nostri.

Coniunctorum hominum bona, quoad portiones iudiciarias, tam nos, quàm
30
iudices nostri ordinarii, non aliter nisi more aliàs consueto conferre valeamus, aut valeant.

De causis forum Ecclesiasticum concernentibus.

ITEM, præter forum testamenti, matrimonii, dotum, & rerum parafernaliū, periurii, verberationis, & exspoliationis clericorum, & mulierum, & præter illas alias causas, quæ prophanæ non essent, in foro spirituali nulla causa terminarentur.

Quòd Regia Maiestas ad simplicem querelam bona alicuius non occupabit, & quod proprium ordine iuris prosequetur.

ET, quòd nos ad simplicem querimoniam aliquorum, vel etiam in propriis fa-
40
ctis nostris, bona aliquorum occupari non faceremus, nisi prætenderet sufficiens cognitio causæ secundum consuetudinē antiquam in talibus fieri solitam, & quòd nos etiam factum nostrum regium ordine iuris prosequamur.

De pœna illorum, qui protonotarios, vel alios iudices regni verberarent, interficerent, aut captiuarent.

Si qui protonotarium, vicepalatinum, Banum, vicebanum, Comitem, vel vicecomitem, vel alios iudices ordinarios regni nostri tempore sedis iudiciariæ, aut etiam alias, sine causa verberarent, interficerent, aut captiuarent, habita superinde probatione legitima, in nota & pœna perpetuæ infidelitatis connumerentur.

De his quorum literæ per inimicos & potentes ablata fuissent, ut illis bona eorum de nouo conserantur.

ET quia nonnulli essent ex regnicolis, quorum iura & literalia instrumenta per inimicos & potentes ablata fuissent: igitur si tales ablationem huiusmodi iurium, & literalium instrumentorum, ad id, quod ipsi, & prædecessores eorum in do-
50
minio

minio bonorum & possessionum, quos tangerent literæ ablata, pacificæ perstitissent, & ipsos concernerent, per vicinorum, & commetaneorum suorum & nobilium comprouincialium attestationes comprobare possent: talibus nos huiusmodi bona sua, titulo nouæ nostræ donationis donemus, & conferamus.

De iudicio generali in omnibus Comitatus.

ITEM, quod per omnes Comitatus regni nostri iudicium generale, more aliàs, temporibus scilicet antiquis, consueto.

De cudenda noua moneta.

ITEM, quòd nos faceremur cudere vnam bonam monetam, in lega pondere monetæ quondã domini Sigismundi Imperatoris, quæ curreret per totum dominium nostrum, vita nobis comite, sine aliqua permutatione, & haberet duos obulos. Et huiusmodi moneta nostra in cunctis censibus lucri Camera & decimis vbi que recipiatur. Sup. cap. 36.

De confirmationibus donationum Ladislai & Matthiæ Regum infra annum.

Et quòd nos omnes donationes prædecessorum nostrorum Regum, & nostras proprias sup quibusuis bonis & possessionib. factas, exceptis donationibus quondã Domini Ladislai Regis, & nostris, quas de lucro Camera quinquagesimali, tricesimali, tricesimis prouentibus Matturalibus cuiq; fecimus, aut fecisset, confirmare debeamus. Teneatur autem quilibet omnes literas donationales quondam Domini Ladislai Regis mediata prædecessoris nostri, & etiam nostras, à prima die Aprilis, infra reuolutionem vnus integri anni, ad confirmationem reportare. Si verò non reportarentur, eorum literæ non maneant in vigore.

De modo soluendi decimas, & de examinatione aceruorum.

DECIMÆ soluantur in omnibus & singulis Comitatus, secundum modum, quo vnusquisq; cum Prelato suo superinde haberet, vel fecisset, aut deinceps faceret dispositionē: in quarum exactiōe, & solutione teneretur dispositio ad decretum annotati domini Sigismundi Imperatoris, & Regis: ita tamē, quod si ad requisitionem dicatorum decimarū rusticus iuraret, & dicator huiusmodi iurato crederet, non amplius, nisi iuxta iuramentum iurantis dicare valeat; & vbi iurato rustico dicator non crederet, liberam aceruum examinādi habeat facultatem; qui si plus inuenerit, superfluitatem auferre valeat: si autem iuxta verba rustici reperit fuerit, pro in debita remissione acerui, vnus florenus auri per dicatorem rustico soluatur; quem si dicator soluere recusaret, rusticus auferre valeat equū dicatorū.

Quòd diebus dominicis, & festiuitatibus beatæ Mariæ virginis nullum forum celebretur.

DIEBUS dominicis, & similiter in festiuitatibus beatæ Mariæ virginis, in hoc Regno nostro, & eius partibus, nullum forum celebretur, exceptis dumtaxat propter bonas causas foris dominorum Archiepiscopi Colocensis, & Episcopi Waradiensis, quæ in aliquibus bonis Ecclesiæ eorum celebrantur.

De cussoribus falsarum monetarum.

CUSSORES falsarum monetarum, & florenorum falsificatorum earundem publicè infamati, habita superinde debita prius reuisione, per Barones regni nostri puniantur condigna pœna.

De pœna violantium saluum conductum.

QUICVNQUE ex regnicolis saluum conductum nostrum infringeret, prius cognita causa, tales & Domini talium, in nota perpetuæ infidelitatis conuincantur.

De emunitate domorum nobilium, & personarum Ecclesiasticarum,

& de violatione Ecclesiæ.

POSTREMO, si tempore exercitus, vel aliàs quandocunq; aliqui in domibus, & curiis nobilium, & personarum Ecclesiasticarum, præter eorum voluntatem, descenderēt, aut Ecclesias confringerent; tales euocentur ad octauas cum insinuatione ex parte: quorum si agens voluerit, non aliter nisi mediante via communis

inquisitionis, impenderetur iudicium & iustitia. Similiter ex parte illorū, qui tempore exercitus facerent damna per ablationes, tale iudicium impendatur.

Conclusio.

V N D E nos ad supplicationem præfatorum Prælatorum, Baronū, & nobilium, annotatis priuilegiis & decretis iam fatorum Dominorum Lodouici Regis, & Sigismundi Imperatoris & similiter Regis, nec non & articulis præmissis, quos iidem Prælati, Barones, & nobiles denuo fecissent, acceptis, & susceptis, eadē, & eosdem, præsentibus literis nostris de verbo ad verbū transumpta & insertos, quia in vtilitatem regni nostri, & pro totius eiusdem Reipublicæ trāquillitate facta & dispositi esse videntur: similiter cum omnibus libertatibus & institutionibus in eisdem cōscriptis, ac etiam similiter cum decreto prænotati Domini Andreæ Regis, per dictum Dominum Lodouicum Regem confirmato, approbamus, & ratificamus, ac innouamus perpetuò duraturas, & valituras cōfirmamus. Nosq; omnia in eisdem cōtenta, cum moderatione articulorum prædictorum, obseruare obligamus, præsentis scripti nostri patrociniō mediāte. In cuius rei memoriam, firmitatemq; perpetuam, præsentibus literas nostras pendentes, & autentici sigilli nostri munimine roboratas duximus concedēdas. Datum per manus Reuerendissimi in Christo patris, domini Stephani Ecclesiarum Colocensis & Bachiensis Archiepiscopi, aulae nostræ summi Cancellarii fidelis nostri dilecti, anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto, octauo Idus Aprilis, regni nostri anno septimo, coronationis vero primò. Venerabilibus in Christo patribus dominis, Dionysio de Zeech, Cardinali Strigonienfi, eodē Domino Stephano Colocensi, Archiepiscopis; Ladislao Agriensi, Ioanne Varadiensi, Nicolao Translyuaniē, Zagabrienfe, sede vacāte, Ioan. Quinqueecclesiensi, Alberto Vesprimiensi, Augustino Iauriensi, Vincentio Vacienfi, Alberto Chanadiensi, Thoma Nitriensi, Boznensi sede vacante, Nicolao Modrusiensi, Ecclesiarum Episcopis, Ecclesias Dei foeliciter gubernantibus. Item Magnificis Michaele Orzag de Guth, regni nostri Hungarici prædicti Palatino, Nicolao de Zapolya, regni Boznēsis gubernatore. Nicolao de Wy-lack, & Ioan. Pangraz de Dengelek Waywodis Transsylv. Comite Ladislao de Palocz, iudice curiæ nostræ, eodē Emerico de Zapoliia Dalmatiæ, Croatiae, necnō Sclauonię regnorum nostrorum, & præfate Nicolao de Wylak, Machonienfibus Banis, honore Banatus Zeuerinensis vacante, Ioanne de Rozgon Thauernicorū, Benedicto de Thurocz Ianitorum, Andrea Pangraz de prædicta Dengelek Pincernarū, Stephano de Peren, & Ladislao de Bathor, dapiferorū, Paulo de Dombo, & Ladislao de Wefen agazonū nostrorū regaliū magistris, Andrea Pamchircher Comite Pofoniēfi, aliisq; cōplurib. regni nostri Comitatus tenētes, & honores, &c.

D E C R E T V M T E R T I V M M A T T H I Æ
R E G I S A N N I M . C C C C . L X X V I I I .

Nos Matthias, Dei gratia, Rex Hungariæ, Bohemiæ, &c. Memoriam commendamus per præsentibus, quod redeuntibus iam pridem nobis, concessio diuinitus nobili triumpho, & foelici victoria de bello Austriae, in hac urbem nostram Budesem, conuenientibus ibidem tunc in diata generali fidelibus nostris vniuersis Prælatibus, Baronibus, ac Proceribus, & electis omnium Comitatum regni nostri Nobilibus, tractantibusq; eisdem de iis, quæ ad vtilitatem, bonam pacem, & tranquillum statum ipsius regni concernerent præcisè: Quibus sic diutius laborantibus, volentibus, & reuoluentibus rebus, & negociis, defensionem & conseruationem regni efficientibus; iidem Domini Prælati, ac Barones & nobiles antedicti inter cæteras eorū laudabiles ordinationes presentarunt nobis certos articulos, utpote infra scriptos, supplicantes humiliter nostræ Maiestati, ut eosdem articulos acceptare, & ratificare eosdemq; & eorum quælibet ex innata nostra benignitate confirmare dignaremur. Quorum quidem articulorum. I. talis est.

Articulus I.

S E R E N I S S I M E Princeps, quamuis à magno tempore satis sumus grauati: tamen

men considerata opportuna necessitate, attenta etiam petitione Maiestatis vestre, nuper per fideles oratores in presenti congregatione facta, cōfisi insuper benignitate eiusdem, vt deinceps in antea nos beneuolentia sua regia prosequatur, nobisque dominus gratiosissimus existat: in omnibus cōsuetudinibus antiquis nos gratiosè conseruabit: Contribuimus hoc anno presentī Maiestati vestræ de singulis portis Iobagionum nostrorum florenum vnum, cum lucro Cameræ computādo.

Articulus II.

ITEM, vt Maiestas vestra eo melius necessitati suæ, ac libertati & restaurationi regnorum suorum prouidere, defensioniq; contra insultus Turcarū magis intendere possit, pollicemur in sequentib. quinq; annis, scilicet à futuro festo Circumcisionis Domini, anni eiusdē videlicet millesimi quadringentesimi septuagesimi noni, similiter contribuere vestræ Maiestati de singulis portis Iobagionū nostrorum, prout infra notabitur, simul cum lucro Cameræ Maiestatis vestræ computān. florenum vnum, hoc tamen declarato, quòd prima contributio exigatur in festo Circumcisionis Domini proximè affuturo, reliquæ autem vsque ad completionem quinq; annorum integrorum semper in festiuitatibus beati Martini exigantur, ita quòd Maiestas vestra dignetur acceptare articulos infra scriptos.

Articulus III.

PRIMO, q; istis annis sequentibus, Prælati, Barones, Proceres, Nobiles, & quicunq; regnicolæ huius regni sub quacunq; occasione contra quoscunq; inimicos vestræ serenissime Maiestatis & regni sui exercituare non teneantur, excepto dumtaxat, si Romanorum & Turcarum Imperator, & Polonia, Bohemiaq; Reges, ac Bassa Romania, dum cum exercitu imperiali hoc regnum Maiest. vestræ personaliter inuadere cōtingeret. Quod si aliquo casu accideret, tunc quilibet regnicolarum, iuxta antiquam cōsuetudinem regni, exercituare teneantur: & nec aliquis se ab ingressu exercitus huiusmodi pecuniis exonerare, vel eximere possit. Itē dicitio præsens, & futura, hoc modo fiat; quòd Nobiles vnius sessionis domus allodiales Nobilium ac familiarium eorūdem, qui expensis dominorū suorum nutrentur, villici quoq; & nimium pauperes non dicentur, neq; loca deserta, & molendina, de capitib. dicarum duo denarii, & non plures recipiatur: Et neq; villicus, neq; villa expensas dicarum dare teneantur. Pro vno floreno denarii centū recipiantur, & nō vltra. Inquilini aut illi dicentur, qui terras arabiles, sessionem, vel vineas proprias colunt; alii autem non dicentur. Præterea in omni Comitatu adiungantur semper dicatori vnus idoneus Nobilis, qui cum iuramento teneatur videre, & facere secundum cōtenta presentis decreti, ea quæ & serenissimo domino Regi, ac ipsi Comitatu iusta sunt. Et insuper in vnâ sede iudiciaria ad hanc rem deputanda teneantur in quolibet Comitatu omnes villici importare capita dicarum à tribus integris annis, & cum iuramento, & etiam in registro ipsi Comitatu presentare, & ea Domino Regi Comitatus ipse fideliter rescribere debeat.

Item, quia hoc regnū Serenitatis vestræ super omnia alia grauamina, & oppressiones per exercituantes equites & pedites, ad vltimam desolationem, & exacerbationem magnum in tantum deuenit, q; iam pauperes incolæ regni huius vix vitæ necessaria habere possint; humilimis & deuotis precib. supplicamus Maiestati vestræ, vt eadē, cōsideratis nostris obsequiosis fidelitatibus, attentis etiā desolationibus regni sui, vt idem æqualiter respiret, & vires suas pristinas recuperet, dignetur tenere talem modū & viam, ne deinceps incolæ ipsi huius per ipsos exercituantes equites, quemadmodum hætenus, oppressionem & desolationem patiatur, neq; per labores finitimorū, & exactiones victualium opprimantur, demptis ædificationibus Kewii, Posazyn, & Haram, quæ si reparabuntur, Comitatus illis propinquiores adiumento esse debebunt, & quòd exercituantes in domibus Nobilium & allodiis non descendant.

Item, quòd infra istos præscriptos quinq; annos, per omnes Comitatus huius regni, congregationes generales, seu iudicia vniuersalia, in Comitatus fieri solita, nō celebrentur, propter inopiam ipsius Regni; demptis Comitatus Posega, Walcko, Sirmienfe, Baconiia, ex alia parte Drauæ tamen Chanadiensis, Themensensis,

Zaromd, & Orodienfi, in quibus diuerfa furticina, latrocinia, militationes, hominum venditiones, decollationes, aliaq; multiplicia malorum genera committi dicuntur, propter quę iudicia generalia non omittantur, fed celebrentur, ita videlicet, quod in præactis iudiciis pecunię defenfuales non exigantur, fed neq; Byrſagia: Insuper etiam factum poſſeſſionum in iſtis iudiciis non iudicetur. Pręteritis autem iſtis annis, huiusmodi congregationes generales non aliter, niſi conſilio dominorum Pręlatorum, Baronum, & Procerum celebrentur.

Item, pro poſſeſſionibus, & bonis occupatis, ſiue per donationem regiam, ſiue alio modo commiſſis, poſſint fieri contra occupatores breues euocationes, & procedatur contra eos iuxta regni conſuetudinẽ ordine iuris. Si verò tempore ſtationis iuxta conſuetudinem legitimi apparuerint, impetrator talis poſſeſſionis non debet introire, nec permanere in dominio poſſeſſionis. Quod ſi auſa temerario factum fuerit, procedatur contra eũ ordine iuris per breues euocationes, & conuincatur talis in æſtimatione illius poſſeſſionis, vel bonorum, ſicuti antiquitus fuit. 10

Item, quod Serenitas veſtra ad ſimplicem querimoniam quorumcunq; bona Nobilium occupari facere non permittat.

Item, quod Maieſtas veſtra abſque iuris ordine maiorem, vel minorem non captiuet, niſi eos, quos iura regna conſueta captiuari permittunt. Neque aliquem ex Pręlatis, Baronibus, Nobilibus huius Regni exulet, aut captiuet, ſine conſilio & ſententia Pręlatorum, Baronum, Procerum & Nobilium, ſicuti antiquitus erat conſuetum. 20

Item, quod iudicia octauialia in ſede bonorum Machouienſium, à modo in poſterum nõ celebrentur, & quod iudicia in facto poſſeſſionum, infra reuolutionem duorum annorum præteritorum facta, reportentur ad octauas in præſentiam dominorum Pręlatorum, Baronum, ac magiſtrorum protonotariorum, & electorum Nobilium regni, ad diſcuſſionem & reuiſionem.

Item, quod breues euocationes in omnibus articulis prius ſuperinde per Maieſtatem Regiam, & Dominos Pręlatos, Barones, Proceresq; regni editis, tam ſub Palatinali, quàm Comitum Stephani de Bathor ſigillis emanere & iudicari poſſint, ſicuti ſub ſigillo perſonalis præſentię Regiæ Maieſtatis: & quod Reuerendiſſimus Dominus Colocẽſis, nec nõ Magnifici Domini Palatinus, & Comes Stephanus de Bathor, ac Pręlati, & Barones ad iudicium & iudicandum, nunc in præſenti congregatione electi, vel ſaltem eorum media pars, ſemper in iudicio tam octauarum, quàm etiam breuium euocationum intereſſe debeãt, & eorum authoritate & præſentia quælibet cauſa, ſaltem grauis, definiri. 30

In iudicatione ſiquidẽ breuium euocationũ, & octauarũ, talis teneatur modus: Quod videlicet inter ipſas quatuor octauas, hætenus celebrari ſolitas, octaua, feſti beati Michaelis Archangeli, cunctis cauſantibus nos regni noſtri communiter, more aliã conſueto, abſq; omni occasione adinueniẽda celebrari debeãt. Pro cæteris autem tribus octauis pro nunc certis rationibus omiſſis, taliter cõcluſum eſt, vt vice, loco & termino octauarum præmiſſarum, iudicia breuium euocationum vigefimo quinto die feſtorum ad hoc ab antiqua deputatorum, vtpote, ſanctorum Georgii, Iacobi, & Epiphaniarum Domini inchoantium, ſequentibus aliis quinque diebus ferialibus, ſine intermiſſione continuentur. 40

Item, quod Serenitas veſtra ea omnia, quæ pro reſtauratione & conſeruatione regni ſui articulatim in hoc regeſto ſunt conſcripta, benignè acceptare, roborare, atque conſiderata fidelitate noſtra, nos in omnibus, conſuetudinibus, & libertatibus antiquis, ſecundum decreta prædeceſſorum Regum Serenitatis veſtrę, quorum decreta tempore coronationis ſuę Albę confirmauit, tenere & conſeruare dignetur gratioſè.

Item, in dicationibus decimarum teneatur antiquus modus, vt dicatores teneantur contentari iuramentis ruſticorum. Vbi autem voluerit, valeat examinare aceros cum Byrſagiis conſuetis. Insuper decimæ cum pecuniis vbi exiguntur, iudices nobilium deputentur cum dicatoribus, qui vadant, ſi volunt, in eorum propriis expenſis, & non decimatorum, & fideliter attendat dicatores. Vbi verò dicatores 50

10 eatores iniuste dicare vellent, iudices nobilium desistant ire cum eisdem. Si vero rusticus aliquis iuramentum fecerit, tunc dicator rusticum sic iuratum amplius vexare, vel dicare non possit, nisi in tantum sicuti prestitit iuramentum. Ex quo autem in quibusdam Comitibus dicatores decimarum rusticos, qui pro eorum frugibus iuramentum presterint, ratione huiusmodi iuramenti talem rusticum iuratum in duabus capetiis frugum dicare non consueuerunt, id amplius nequaquam facere valeant, si non fuerit consuetudo. Quibus quidem articulis per eosdem Prælatos, Barones ac Nobiles Comitatum ante dictos, nostræ Maiestati, ut premissum est, presentatis, tum ad humilimam supplicationem eorundem nobis porrectam, tum etiam ex eo, quia predictos articulos ad bonam pacem, & tranquillum statum, vtilitatemque Regni nostri ordinatos esse conspexissemus, eosdem articulos acceptauimus & ratificauimus, dictosque Prælatos, Barones, Nobiles, & eorum quemlibet in eisdem conseruare polliciti sumus: imò acceptamus, & ratificamus, pollicemurque harum nostrarum vigore & testimonio literarum mediante. Datum Budæ prædictæ, in Dominica Quasimodogeniti, Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo octauo.

QVARTVM DECRETVM MATTHIÆ REGIS, EDITVM ANNO DOMINI 1481.

20 Nos Matthias Dei gratia, Rex Hungariæ, Bohemiæ, &c. Memoriam commendamus, tenore presentium significantes, quibus expedit, vniuersis; quod nos vnà cum dominis Prælati, & Baronibus, ac Proceribus, & electis omnium Comitatum Regni nostri nobilibus, totum hoc regnum nostrum Hungaricum representantibus, in presenti diæta, seu congregatione generali hic Budæ nobiscum constitutis, super bono communi, & reformatione status omnium tam spiritualium, quam secularium personarum, maiorum scilicet & minorum earundem, & regni ipsius defensione, & debita eiusdem conseruatione diutius laborantes, & maturâ tractantes, communi eorundem dominorum Prælatorum, & Baronum, procerumque, & 30 regnicolarum nostrorum voto, & vnanimi voluntate, inter cætera, & alias bonas ordinationes, distinctiones, & statuta: in hos infra scriptos tandem, & perpetuò duraturos conuenimus articulos.

De quibus rebus decima exigantur, & de quibus non.

IN primis quod domini Prælati, & cæteri Ecclesiastici decimas habentes, de nullis aliis rebus, præterquã vinis, frugibus, agnellis, apibus, milio, filigine, hordeo, & auena, iuxta antiquam regni consuetudinem, decimas exigant; quodque deinceps omnes aliæ inordinatæ exactiones, quas decimatores eorundem dominorum Prælatorum, & cæterarum Ecclesiasticarum personarum, temeraria facere consueuerunt, cessare desinant, nec vlllo pacto in posterum fiant.

40 *Quod ad nobiles, uxoresque, & familiam eorundem, propter rusticos decimas soluere non curantes, Ecclesiasticum interdictum non imponatur.*

ITEM, quod ad nobiles, uxoresque, & familiam eorundem, ratione non solutionis decimarum, propter rusticos & Iobagiones eorundem, interdictum Ecclesiasticum per ipsos dominos Prælatos, aut decimatores eorum, non imponatur, nisi ipsi sint causa notaria, propter quam rustici & ignobiles decimas soluere recusant.

Quod Rasciani & schismatici ad decimas soluendas non teneantur, nec propter eos Ecclesiasticum interdictum ad Christianos imponatur.

50 ITEM, quod Rasciani, & cæteri huiusmodi schismatici, ad solutionem decimarum non astringantur, & neque per Comites parochiales, instar aliorum, ad huiusmodi decimarum solutionem compellantur: quodque ad Christianos, in quorum medio tales schismatici morantur, aut è contra, ratione ipsorum schismaticorum, & non solutione decimarum, interdictum Ecclesiasticum non imponatur.

Quid sicum Christianis societatem contraxerint.

ITEM, quod si quando Christiani cum præfatis talibus Rascianis & schisma-

ticis societate, siue contractu habuerint, & araturas, siue alias agriculturas patri auxilio fecerint, de parte fructu Christianis cedenda decimæ soluantur; de reliqua verò parte, talibus scilicet schismaticis cedenda, tales decimæ non exigantur: hoc tamen adiecto, & per expressum declarato, quod tales Rasciani siue schismatici non censeantur, & neque sint in perpetuum ad huiusmodi solutionem decimarum exempti, sed tantummodo, per aliquos annos, & interim quo usque; scilicet bono modo se tales alienigenæ & transfugæ regno Hungariæ, & dominiis sacræ coronæ subiectis firmabunt, & ut talium transfugarum exemplo, etiam alii damnationi Turcarum subiecti, ad veniendum tantò promptiores efficiantur, quanto tales, qui iam venerunt, tanta prærogatiua compescerint donatos.

*† fore com-
pererint vel
cõspexerint.*

Quòd pro vno aureo centum denarii, & pro quatuordecim capetiis vnus aureus exigatur.

ITEM, quòd centum denarii Regales vbiq; pro vno aureo recipiantur, quodque pro quatuordecim capetiis vnus aureus, & centum denarii tantummodo exigantur, prout est consuetum.

De capitibus dicarum nihil exigatur.

ITEM, quòd de capitibus dicarum nihil exigatur à villicis, sed facta plenaria decimarum solutione, decimatores teneantur, aut illarum dicarum capita reddere, aut aliter per literas illos villicos committere expeditos.

De descensu decimatorum, & hospitalitate eorundem per villicos.

ITEM, quòd decimatores deinceps non apud villicos, sed apud plebanos parochiales descendant; verumtamen villicus loci, vbi scilicet decimatores ipsi aut prædiu, aut cœnâ fecerint, teneatur mittere duo fercula, duos cubulos, aut duo quartalia Budensia auenæ, duas tortas, siue duos panes circulares, & duas pintas vini: hoc etiam adiecto, quòd villici villarum vicinarum, in quibus scilicet tales decimatores prandium, aut cœnam non fecerint, nihil eisdem decimatoribus soluere teneantur, sed totaliter exempti habeantur, ex eo potissimum, quòd illi etiam alias in exactione & collectione ipsarum decimarum satis laborare habent.

Quòd nullus Prælatorum decimas suas arendare valeat, & de pœna arendatorum decreta Sigismundi Regis transgredientium.

ITEM, quòd nullus Prælatorum deinceps possit decimas suas arendare. quòd si quispiam eorum graui compulsus necessitate, locare coactus fuerit, conductor siue arendator ille non præsumat ordinationem & limitationem siue continentiam decreti quondam serenissimi Principis, Sigismundi Imperatoris transgredi: sed dicare debeat iuxta illud decretum, & secundum quòd vnusquisq; dominorū Prælatorum, aut aliarum Ecclesiasticarum personarum decimas habentium, cum suo Comitatu recordauerint: quòd si arendator, seu conductor ille, his stationibus, & dicto decreto quondam serenissimi Domini Sigismundi Imperatoris contrauerit, homo per Comitatum electus, cum decimatore deputatus, plenam ex nunc datam habeat facultatem illum captiuandi, & Regiæ Maiestati præsentandi. Regia verò Maiestas de illa pecuniarum summa, pro qua ille totales decimas conduxit, illi Prælato satisfacere & respondere, illum vero conductorem malè, & contra statuta decretaq; dicatam, castigare habebit.

Quòd ratione decimarum vsque festum purificationis interdictum Ecclesiasticum non impeditur.

ITEM, quòd nullus Prælatorum, aut decimatorū, ratione decimarum, vsque festum purificationis Mariæ virginis, ponat interdictum, sed in primis circa festum Beati Nicolai confessoris admoneat quemlibet ad soluendum, & tandem circa festum præfatum Purificationis Mariæ, contumaces & soluere recusantes subiiciantur Ecclesiastico interdicto. Vbi verò vina non procreantur, sed tantummodo fruges & blada, ibi tales decimæ exigantur temporibus hæctenus solitis & consuetis. Prima autem decimarum solutio fiat ad festum Natiuitatis Domini, reliqua verò ad prædictum festum Purificationis Mariæ virginis.

De modo dicationis decimarum, & de transgredientium pœna.

ITEM, quia multæ hæctenus differentia & inordinationes in decimarum dicatione, & earumdem exactione fuerunt, statutum igitur, & diffinitum est, quod dum tempus huiusmodi dicationis decimarum aduenerit, Prælatusq; ad eadem mittere voluerit, debeat prius nobilibus illius Comitatus in sede eorum iudiciaria significare; qui quidem nobiles teneantur vnum bonum & probum de medio eorum eligere, iustum, & conscientiosum, & Prælato non suspectum, & cum ipsis decimatoribus ad expensas ipsius Prælati mittere. Idem verò homo per ipsos nobiles electus publicè in ipsa sede iudiciaria, iuramentum præstare debeat, quòd scilicet, tam Prælato, quàm etiam incolis illius Comitatus fidelis erit, nec quicquam sinistrè, & perperam, vel iniustè pro aliqua parte fieri permittet, quodq; neutri parti favorabilis erit. Qui quidem decimatores si non debitè, & non iuxta visionem, atq; iudicium ipsius hominis hoc modo electi dicauerint, præfatisq; ordinationibus & dispositionibus temerariè contrauenire præsumpserint; idem homo electus, illos dicatores relinquere, & amplius cum eisdem procedere non audeat. quodq; si Prælatus requisitus non emendauerit, & non rectificauerit, conclusum est, quòd quandoque id Regiæ Maiestati ex legitima & sufficienti probatione cõstiterit, habita prius iusta & diligenti super his inquisitione: ex quo prioribus decretis super ipsarum decimarum exactione talibus penitus nulla pœna inflictæ est, & nostra, & dominorum omnium Prælatorum, & Baronum, Procerum, & regnicolarum communi & vnanimi voluntate tales hanc pœnam perpetuò duraturam patiantur, quòd talis Prælatus, vel alia Ecclesiastica persona nunquã decimas suas de cætero cum pecuniis exigere possit, sed eas de rebus illis, quas terra produxerit, in specie recipere & colligere teneatur: ita tamen, quòd ex vtraq; parte, sine fraude & calumnia, cum veritate & iustitia res agatur.

Quòd decimæ cum grauaminibus consuetis exigantur.

Q V O D decimæ cum grauaminibus solitis & consuetis, & non aliter, exigantur.

Quòd decimæ secundum ordinationem, quam vnusquisque habet, cum Prælato exigantur.

ITEM, quòd decimæ ipsæ secundum decretum, & consuetudinem, atq; ordinationem, siue dispositionem, quam vnusquisq; dominorum Prælatorum cum suo Comitatu habet, exigantur.

De pœna iniustè conquærentium Regiæ Maiestati ratione decimarum.

ITEM, quòd si quispiam hominum in exactione decimarum Regiæ Maiestati minus iustè conquestus fuerit: diffinitum est, & conclusum, quòd comperta veritate & visa illius iniusta querela, eo factò talis in emenda linguæ conuincatur.

Quòd generale iudicium vsque ad festum S. Martini non celebretur.

ITEM, conclusum est & diffinitum, quòd nos Matthias Rex præfatus, à festo Beati Martini confessoris proximè venturi, vsq; ad aliud festum similiter Beati Martini immediate sequentis, in corpore Regni nostri Hungarici generale iudiciũ celebrari non faciemus. Interea autem domini Prælati, & Barones, cæteriq; Regni Proceres prouidere, & de alio modo cogitare debent, quo malefactores extirpètur. Quòd si fiet, nos tãdem huiusmodi generale iudicium non solum non celebrare pollicemur, verum etiam in super ita deponemus, & abolebimus, quòd nũquam amplius in ipso regno nostro celebretur.

De donationibus iurium possessionariorum, per notam infidelitatis, siue per defectum feminis, aut alia ex quacunq; causa, quòd contradictores infra anni integri spatium à die statutionis computandi sua priuilegia exhibere teneantur.

ITEM, quia illis donationibus, quas nos Matthias Rex præfatus seruitoribus nostris de illis bonis, quæ ad sacram coronam siue per infidelitatis notam, siue per

defectum feminis, aut alia quacunque ex causa deuoluuntur, facere consueuimus, multitépore statuationis contradicere soliti sunt: conclusum, & dispositum est, quod tali donationi nostræ contradicenti terminus vnus anni deinceps præfigatur, & interim in dominio talium bonorum relinquatur. Elapso autem vno anno, illo die, quo statutio donationis nostræ fiebat, iura & priuilegia sua producere coram nobis debeant: quibus productis, si illos cōtradictores ius plenum habere comperierimus, ipsos in pacifico dominio ipsorum bonorum relinquemus: Si autem producere non possent, aut non curarent, extunc donatio ipsa vigorem habeat, & illi cui donauerimus statuatur, fructusq; possessionum collatarum infra id tempus perceptos ipsi cōtradictores restituere teneantur. Quod si iura, & priuilegia sua, apud manus alienas fore allegauerint, dimidio anno ante terminum præfigendum completionem nobis reuclare teneantur. Nos verò tales, apud quorum manus fuerint, ad eorūdem iurium & priuilegiorum restitutionem compellere & adstringere per omnia remedia habeamus.

De testimoniis capitulorum, & conuentuum, qui iuxta dispositum eis salarium contentari nollent.

*Al. emēdis:
forte emittendis.*

ITEM, quia in præsentī diata, seu conuentione, plurimi regnicolæ cōquesti sunt, quod capitula, & conuentus sigillis vtentes, in† enitendis eorum testimoniis incollas regni vltra dispositum eis salarium grauarent, & ad vota eorum taxarent: Conclusum itaq; super his, & diffinitum est, quod Comitatus, in quo id deinceps fieri²⁰ contingeret, nobis Matthiæ Regi præfato, rescribere sub firmo iuramento teneatur, nosq; tales inordinationes ratificare, atq; eos qui tales inordinationes temerè committere præsumperint, taliter punire, & castigare habeamus, quod ab eis ceteri exemplum capiant.

De Prælati Ecclesiarum, & eorum Vicariis, quòd citationes, & monitiones generales dare non possint.

ITEM, quod Prælati Ecclesiarum, & eorum Vicarii, citationes, & monitiones generales, non expressis illorum nominibus, contra quos huiusmodi citationes & nominationes peterentur, dare non debeant, neq; etiam personas laicas & seculares³⁰ pro leuibis factis, & præsertim illis, quæ Ecclesiasticū forū non concernunt, aduocare: sed cum citationes aliquas, vel etiam monitiones ad alicuius instantiā decernunt, expressis illorum citandorum vel monendorū nominibus, & causis, pro quibus citari, vel moneri debent, decernant, & pro leuibis causis citationes nō decernant, sed vnumquemq; siue seculariū, siue laicorū ad suum patronum remittant. Si vero aliquæ essent causæ merè Ecclesiasticū forum concernētes, in his vnusquisq; seculariū, vel Ecclesiasticarū personarum, coram ordinario suo primum prosequatur, & deinde si contentus illius iudicio non fuerit, ad suum metropolitanū appellet, & sic consequenter: in decernenda tamen citatione, vel admonitione, ab vnoquoq; iuramentum de calumnia exigatur.

Qvos quidem articulos nos Matthias Rex præfatus, per nos, ac dictos dominos Prælatos, & Barones, nec non proceres, & electos nobiles modo præmisso, de beneplacita omnium voluntate & consensu, pro bono communi tam spiritaliū quā etiam seculariū generaliter confectos acceptamus, approbamus, & perpetuo duraturos, obseruatuosq; ratificamus, harum nostrarū vigore & testimonio literarum mediāte. Datum Budæ, in festo diuisionis Apostolorum, Anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo primo, Regnorum nostrorum, Hungarici anno vigesimo quarto, Bohemici verò tredecimo.

DECRETVM QVINTVM MATTHIÆ RE-
GIS ANNO M. CCCC. LXXXVI.

MATTHIAS Dei gratia, Rex Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Seruiæ, Galliciæ, Lodomeriæ, Cumania, Bulgariæq; Rex, nec non Silesiæ, & Lucen-

& Lucenburgenſis Dux, Marchiôque Morauia, & Luſatia, ad perpetuam rei
 memoriã. Decet Reges & Principes, qui ſuperna diſpoſitione in ſuprema di-
 gnitate ſeculari conſtituuntur, non ſolùm armis, verùm etiam legibus eſſe deco-
 ratos, & bonorum ſtabiliumque potius inſtitutorum vigore, quàm abſolutæ po-
 tentiæ, vel dominandi abuſionis ſeueritate populos ſubiectos, & ſimul imperii ſui
 habenas moderari. Proinde ad vniuerſorum notitiã volumus peruenire,
 quòd nos poſtquam maximo & inexpectato DE I munere, ac eiſdem ineffabili
 incomprehenſibili que prouidentia ad hoc Regiæ dignitatis faſtigium ſubleuati
 fuimus, ſemper in animo voluimus, ſemper cogitauimus, & cordi ſemper habui-
 mus, vt eas inordinationes, & perditas abuſiones, quæ in hoc Regno prædeceſſo-
 rum noſtrorum, Sereniſſimorum Dominorum Regum, & noſtra etiam tempe-
 10 ſtate hæcenus, potiffimùm verùm in iudiciis fuerunt, extinguerent, ac ſtatuta & de-
 creta ita ſalutaria, ita ſtabilia condere poſſemus, quæ ad laudem & gloriam in pri-
 mis Redemptoris noſtri, ac deinde noſtrum, & totius deinde Regni honorem, ſa-
 lutem, commodum & tranquillitatem planè dignoſcerentur; quæque pro legi-
 bus, & iure ſcripto perpetuò haberentur, nec vnquam pro arbitrio variare, aut no-
 uas, aut contrarias leges cuiquam ferre liceret, prout hæcenus, in cuiuslibet noui
 Regis aſſumptione factum fuiſſe non eſt obſcurum: feciſſemùſque ſatis huic ſan-
 cto propoſito, & deſiderio noſtro, niſi vrgentiſſimis huius Regni neceſſitatibus,
 potiffimùm in orarum finiùmque eiſdem rectificatione, ſimul etiam atrociffi-
 20 morum hoſtium exterminatione, quibus Regnum ipſum refertum inuenimus,
 præpediti fuiſſemus. adeò quippe fines Regni partim per Bohemos, partim per
 Alemanos, partim Turcarum continuas incurſiones, partim verò vicinas alias
 nationes, & quidem omnes inimicas, diſtractæ, occupatæque fuerunt, vt nihil
 proſus præter corpus Regni, & id quoque diuerſis, vt præfertur, hoſtibus re-
 fertum, dilaceratùmque reſtabat. Quibus rebus effectum eſt, vt huiusmodi ſa-
 lutare propoſitum in aliud tempus differre ſumus coacti, & maximè, quia ſpera-
 bamus, quòd poſtquam hoſtes præfatos (qui pluribus annis Regnum ipſum ferro
 & igne vaſtauerant, & qui illud tanquam hæreditarium tenere poſſe, iam non du-
 bitarant. Sicut enim in ipſo pedem fixerant, vt iam connubia etiam facerent, &
 affinitates cum regnicolis contrahere cœperint) ſuperaremus, pacem, ocium, &
 30 ſimul quietem è veſtigio comparare, & eiſmodi deſiderium commodius com-
 plere poſſemus; verumtamen ſiue operatione inimici generis humani, qui bo-
 nis ſalutaribusque votis ſemper inſidiatur; ſiue prauorum hominum ſuggeſtio-
 ne, & ineffrenata dominandi libidine effectum, ſpes & opinio nos in hac par-
 te feſellit. Nam poſtquam cum DE I auxilio hoſtes ipſos exterminauimus, &
 oras finesque Regni omni ex parte grauiffimis licet laboribus, expenſis, & multo-
 rum noſtrorum cæde non modò rectificauimus, verùm etiam plurimum vndi-
 que extendimus & dilatauimus, iamque id quod cordi ſemper habuimus com-
 plere molimur: Ecce Sereniſſimus Dominus Fridericus Romanorum Impe-
 rator, & Dux Auſtriæ, &c. quem perinde ac patrem chariſſimum ſemper co-
 40 luimus, & obſeruauimus, & cui in omnibus rebus gratificari ſtuduimus; bellum
 nobis ſic, vt præmittitur, longis, grauiffimisque armis, & expenſis exhaustis in-
 dixit, & continuo Regnum inuaſit, illudque graui & irrecuperabili iactura, incen-
 dio, ſpolio, & diuerſis aliis execrandorum malorum generibus affectit. Quo fa-
 ctum eſt, vt rurfus, licet inuiti, arma capere, & nos, Regnumque noſtrum, ac
 cum vi propulſare coacti ſimus; ſicque ſexennio huiusmodi bello vacare nos
 oportuit. In quo quidem bello eo deuentum eſt, quòd Deo rebus noſtris fauen-
 te, & iuſtitiam, ſimulque iniuriam ex alto proſpiciente, non ſolùm nos, Regnum-
 que noſtrum ab ipſa Imperiali Ceſtitudine, à qua ſic prouocati, ſicque laceſſiti
 fuiſſemus, tutati ſumus; verùm etiam illum in Auſtria, patria hæreditaria agentem,
 50 adorſi, Viennam, ciuitatem celeberrimam, eiſ provinciæ caput & ſolium, ſe-
 meſtri ferè obſidione cinctam, expugnauiſſemus, ſubiugaſſemusque & eiſ reli-
 quias, niſi domeſticis inſolentiis & querelis reuocati fuiſſemus. Sed dum his re-
 bus vacamus, dum ſucceſſus noſtros vrgemus, dum fortunamque ſimulque vi-

ctorem prosequimur, magna propter longam absentiam & occupationē nostram homicidarum, furum, latronum, prædonum, falsariorum, incendiariorum, & similia sceleratorum oritur in regno multitudo, ita, ut non viator, nec frater à fratre, nec hospes ab hospite tutus. propter quod ut simul tandem præfatum desiderium nostrum explere, tranquillitatique regnicolarum, prout semper optauimus, consilere possimus: in hoc Regnum nostrum, ad cuius regimen diuina, ut præmisimus, voluntate assumpti sumus, frequenti regnicolarum lamentatione pulsati, descēdimus, generalemque diætam hinc Budæ celebrandam, cunctis præfatis Baronibus, & Proceribus, & aliis Nobilibus, instituimus. ubi cum eisdem vnà, cæterisque de quolibet Comitatu electis nobilibus, & vniuersum hoc regnum repræsentantibus, ad laudem imprimis Dei, & eius Genetricis, virginis Mariæ, sanctorumque Regū, patronorum huius regni, & deinde pro nostro, & totius regni honore, salute, bono statu, vtilitate, commodo, & tranquillitate, in subscripta capitula, & articulos pro legibus, & iure scripto, perpetuò duraturos & obseruatuos, pari & vnanimi omnium voluntate, consilio & assensu conuenimus & concordauimus. Quorum quidem capitulorum siue articulorum primus est.

Iudicium generale seu palatinum nunquam celebretur.

I.

IN primis definitum & conclusum est, quòd iudicium generale seu palatinum aboleatur, & amodò nullo vnquam tempore celebretur. Sed tamen ne per hoc malefactoribus malè agendi data ac concessa videatur licentia, ordinatū est, quòd si quando Comitatus aliquis à latronibus, furibus, homicidis, incendiariis, falsariis & aliis huiusmodi flagitiosis sentiret se molestari, & tales malefactores ibi multiplicari cognosceret: Regia Maiestas ad petitionem illius Comitatus annuere, & eisdem liberā concedere facultatem debet, quòd illos cum Comite exquirere possit, & valeat.

Proclamata congregatio generalis cesset.

II.

ITEM, quia in celebrationibus congregationum proclamatarum plurimæ enormitates, & inaudita scandala, pericula etiam inopinata ex improviso fieri solent: ad tollendum huiusmodi periculosum, & extra hoc regnum inauditum iudiciū, seu potius corruptelam, pari vniuersorum regnicolarū voluntate, consilio, & deliberatione, statutum est & diffinitum, quòd amodò nullo vnquam tempore huiusmodi proclamatae congregationes generales celebrentur, sed penitus cessent, & perpetuò abolita sint & habeantur.

Breues euocationes similiter cessent.

III.

ITEM conclusum est, quòd breues etiam euocationes consimiliter cessent, & aboleantur.

Octauæ festorum Georgii & Michaelis celebrentur, & ordinariè intersint.

IIII.

ITEM, quòd singulis annis, nisi intercesserit legitima & grauis Regiæ Maiestatis, aut Regni necessitas, infallenter siue Regia Maiestas agat in Regno suo, siue non, celebrentur duæ octauæ, sanctorum Georgii, & Michaelis: ita videlicet, quòd illorum celebratio, seu prima dies, aut terminus incipiat statim vigesima die post festa præfata, in quibus duo ad minus ex iudiciis ordinariis interesse debent. Cæteri verò, si propter vrgentes aliquas necessitates interesse nequeunt, Vices generales nihilominus eorum interesse teneantur. Eorum autem loco, qui non interesse poterunt, Regia Maiestas alios ex dominis Prælatibus & Baronibus substituere debeat. Sine præsentia tamen præfatorum dominorum iudicium, octauæ ipsæ non debeant neque possint celebrari. Durent autem quousque necessariae videbuntur.

V. ITEM,

V.

ITEM, diffinitum est, quòd in Translyuania & Sclauonia similiter singulis annis duæ aliæ octauæ, videlicet Epiphaniorū Domini, & sancti Iacobi, celebrentur, & similiter vigesima die post huiusmodi festiuitatem inchoentur, & durent quousq; necessitas postulauerit.

VI.

ITEM, quia finalis decisio causarum, potissimùm verò in facto possessionario per varios hinc inde terminos, variasq; dilationes, in longum serpere consuevit, adedò, vt interdum vix in vna hominis ætate finaliter causa aliqua terminari potest, 10 propter quod partes laborantes & expensis vehementer grauantur, & nonnunquam ad extremam inopiam deuenire coguntur: Quamobrem conclusum est, vt amodò vniuersæ causæ, etiam in facto possessionum, & iurium possessionariorum, coram quouis iudice deinceps mouendæ, absq; prorogatione & dilatione, semotaq; omni exceptione, in quatuor octauis terminetur.

VII.

ITEM, ordinatum est, quòd causantes siue litigantes in omni causa concordandi liberam habeant facultatem. Iudex verò eos inhibere, neque pro pace seu concordia quicquam ab eis extorquere possit.

VIII.

CÆTERVM ex quo ordinatum est, quòd vniuersæ causæ in facto iurium possessionariorum mouendæ, in quatuor terminis, siue octauis finaliter terminari debeant: idcirco statutum & diffinitum est, quòd euocationes cum insinuatione, quæ super factis potentionariis, damnorum illationibus, aliisq; nocuentis, & iniuriis fuerunt, in primis octauis, post factam euocationem celebrandis, finaliter terminentur. Si vero in facto possessionariorum fuerint, & maximè si iurium & literalium instrumentorum exhibitionem necessariam requirere dignoscantur, vsq; ad secundas octauas, sed non amplius, pro huiuscemodi priuilegiorum productione, differri possint. Euocationes verò cum insinuatione, in quibuscunq; factis fuerint, sub sigillis omnium iudicum ordinariorum, tam regionum, & palatinalium, & iudicum curiæ, quàm etiam Banorum Sclauoniæ, Croatiæ, Dalmatiæ, sed Waywodæ Translyuaniæ liberè decernantur. 20 30

IX.

VLTERIVS, quia solent plurimi se à facie iuris prorogationum suffragio impunè absentare, & partem aduersam, iustam contra se actionem habentem, longo litigatium processu grauare: quod malum vt amodò tollatur, vt vnicuiq; iustitia tempore debito administretur; constitutum, & sancitum, est, quod prorogationes Regiæ Maiestatis temporibus octauarū nemini suffragari valeant, nisi his, qui extra fines & oras huius regni Hungarici, in castris & seruitiis, vel in legationibus Regiis, vel regni fuerint, vel occupabuntur in regno, & ad illud cum cæteris vnà tempore debito proficiscerentur. Illi etiam qui extra fines, in castris, vt præfertur, fuerint, in 40 tribus tantummodo octauis eiusmodi prorogationes obseruent, in quarta autem respondere & iuri stare teneantur.

X.

PRÆTEREA si duo, vel etiam plures fratres indiuisi fuerint, & eorum pater, aut eo mortuo, frater maior natu domi fuerit; cæteri verò fratres, vel eorum alter, siue in bello, siue in castris, vt præfertur, extra regnum occuparentur, si tamen fratres diuisi fuerint; obtenta tamen prorogatione frui possint, & gaudere. Si qui autem huiusmodi prorogationes à Regia Maiestate falsè impetrare præsumserint, hoc est, si vel fratres suos in bello, vel in castris extra regnum, vel in legatione occupatos finxerint: in emenda linguæ eo facto conuincantur: pro qua quidem pœna personaliter, si præsentis fuerint; si verò absentes, procuratores per iudicem, coram quo res agitur, capiantur, & immediatè pœna ipsa ab eisdem irremissibiliter extorqueatur. 50

ITEM, quia in executionibus faciendis magni refert, qualiter homines Regii se habeant, & quales illi sint; idcirco ordinatum est, quomodo in quolibet Comitatu Comes cum vniuersitate nobilium teneatur ex potiorib. nobilibus, & personalem ibi residentiam facientibus, decem vel duodecim, aut octo, & eo plures vel pauciores, iuxta Comitatus exigentiam, eligere, & illi dumtaxat debeant & possint ad faciendas inquisitiones, euocationes, statutiones, & alias executiones, cum testimonio capituli vel conuentus proficisci: qui onus illud infra vnum annum integrum supportare tenentur. Quàm primùm autem eligentur, sicut electi capitulorum & conuentualium, ita & illi, in sede iudiciaria, iuxta subscriptam formam, 10 iuramentum deponere teneantur. Et si quis onus ei impositum suscipere recusa- uerit, in viginti quinque marcis per Comitem confestim & irremissibiliter exigendis, conuictus habeatur eo facto. Cùm verò de aliqua executione reuertuntur, sicuti testimonia capituli vel conuentus, in capitulo vel conuentu, iuramentū præstare debeant & teneantur; Quòd id, quod viderunt, fecerunt, audierunt, rescuerunt & executi sunt, suo modo fatebuntur. Si qui verò ipsorum falsitatem aliquam quacunque ex causa commississe reperti fuerint, honorem & humanitatem perdidisse censeantur, & insuper in viginti quinque marcis per Comitem immediatè & irremissibiliter conuincantur eo facto, quodq; de cætero nunquam testimonium de aliqua re, neque intra neq; extra iudicium, sine speciali gratia Regiæ Ma- 20 iestatis, facere valeant.

XII.

ITEM, quia in quolibet Comitatu nobiles, qui cæteris & conditione & facultatibus reperiuntur inferiores, pro iudicialibus eligi consueuerunt, quo fit, vt plurimæ leuitates, timore, fauore & præmio per illos committuntur: Eam ob rem statutum est, prout etiam temporibus quondam Serenissimi Domini Sigismundi Imperatoris, & aliorum Regum obseruatum fuisse planè constat, quod deinceps non tales, sed boni & digni, beneq; possessionati nobiles, in quolibet Comitatu ex residentibus eligantur. Quicumque verò sic electi assumere onus illud recusa- rint, in quinquaginta marcis immediatè & irremissibiliter per Comitem exigendis 30 conuincantur eo facto. Qui quidem iudicialium arma & sigilla agnoscibilia habere debeant, & teneantur.

XIII.

ITEM, quia per homines capitulorum & conuentuum, qui pro testimoniis transmittuntur, pro fauore, precio, dono, odio, timore & complacentia, plurimæ incredibiles enormitates, tam in passionibus, quàm etiam literarum emanationibus, committi solent; hoc verò ex eo potissimùm fieri consueuit, quia non canonici, sed rectores altarium, vel capellani, & frequenter etiam scholares, & mendicantes, & quidem tales ad executiones mittuntur, qui faciliè corrumpi possunt: Idcirco, vt huic malo debita prouisione occurratur, statutum est, quòd in omni 40 loco capitulari & conuentuali teneantur canonici & fratres, in manibus Prælati vel vicarii sui, iuramentum de seruanda in executionibus iustitia deponere. Quodque deinceps nemo alius de capitulo, nisi canonicus; de conuentu verò, nisi frater in sacerdotio constitutus, ad executiones mittantur. Hi verò seriatim transmitti debeant, & quodcumque ab aliqua executione reuertuntur, quæ executi sunt, sub iuramento referant. Pro via autem, & redemptionibus literarum, teneatur ille modus & ordo, qui tempore quondam Serenissimi Domini Sigismundi Imperatoris tentus fuit, & qui etiam in præsentì decreto inferius est declaratus. Cùm autem pro aliqua executione, vel inquisitione faci- 50 enda, vel aliqua quacunque re mittuntur: inquisitionem ipsam cum homine regio, qui bonus & conscientiosus, atque bene possessionatus esse debebit, facere debeat, singillatim tam à nobilibus, quàm ignobilibus, & ab omnibus etiam aliis, quos habere poterit. Antequam tamen inquiret, strictissimum iuramentum ab eis exigere teneatur: Quòd quicquid ab eis interrogabit, fideliter & veraciter confite-

confitebuntur, postmodū verò nominatim vnde sint, & si ignobiles fuerint, cuius sint Iobagiones, cuius etiam conditionis: & item, quid de re, de qua inquisuerit, quilibet ipsorum scire confitebitur, de verbo ad verbum singulorum attestatiōē scribere debeat, & teneatur. Si qui verò huiusmodi ordinationis transgressores reperi fuerint, tanquam periuri, & falsarii, atque communis boni, communisq; iustitiæ proditores, eorum beneficiis eo factō priuati sint, & habeantur, neq; etiam gratiam quōquo modo facere valeant.

XIIII.

10 I T E M, quia propter incuriam & negligentiam Abbatum, & Præpositorum regularium, potissimum verò constitutionem non obseruantium, conuētus eorum multum inordinate, dissolutè, & scandalosè viuere, ac in emanationibus literarum, & inquisitionibus faciendis plurimas enormitates & falsitates committere solent: idcirco de Regiæ Maiestatis voluntate, ac dominorum Prælatorum, Baronum & Procerum, certorumq; regnicolarum communi consilio conclusum est, & definitum, quod amodò Abbatis & Præposituras conuentuum regularium, potissimum verò sigilla habentium, nulli alii: nisi religiosi eius ordinis, cuius Abbatia vel Præpositura fuerint, tenere possint: quodq; ipsi Abbates & Præpositi simul cum omnibus eorum fratribus regularem vitam, iuxta ordinis sui statuta seruare teneantur.

XV.

20 I T E M, quòd Episcopi, in quorum diocesi Abbates & Præpositi fuerint, teneantur eosdem, atque etiam eorum conuentus bis singulis annis personaliter visitare. Si autem maioribus occupati, vel absentes fuerint, per ipsorum vicarios & præpositos, aut alios bonos & doctos viros Ecclesiasticos, hoc nihilominus facere teneantur. Et si Abbates & Præpositi regulam eorum non obseruare, vel alias malam vitam ducere: aut etiam Episcopis suis inobedientes fore dignoscuntur; deponantur per eos, & melioribus eorum beneficia conferantur. Ex conuentu etiam fratrum, si qui mali & inobedientes fuerint, per visitatores eiiciantur. Nam si Abbates & Præpositi boni erunt, fratres boni fiant, necesse est. Sicq; neq; in literarum emanationibus, neq; aliis in rebus falsitas committi poterit.

XVI.

30 I T E M, solent nonnulli in euocationibus ponere de consensu & voluntate T. & T. quod directè contra Deum & eius iustitiam fore dignoscitur. Quis enim scire potest an consenserunt, vel quod commissum dicitur fuisse, voluerunt: de occultis siquidem & intentione, præter Deum, nemo rectè iudicare potest. Idcirco statutum est, quòd deinceps nunquam tales euocationes determinentur. Nunquam etiam vxores, matres, filia & sorores nobilium euocentur: nisi fortè causæ ratione talium iurium possessionariorum mouerentur, quæ illas æqualiter concernere dignoscuntur; cum clausula tamen præfata, hoc est, de consensu & voluntate, & investigatione T. & T. nullo vnquam tempore euocare debeant. Quod si fieri cōtingeret, per iudices ordinarios, & magistros protonotarios, nunquam obseruentur, nunquam etiam admittantur.

XVII.

40 I T E M, de communibus inquisitionibus celebrandis ordinatum est, quòd pro partium euidentiori iustitia, communis inquisitio, sicuti hæctenus, ita etiam in posterum celebrari possit, celebrari tamen debeat, tali ordine: Quòd quotiescunque eiusmodi inquisitio fieri debebit, per vtramque partem vno die in sede iudiciaria eiusdem Comitatus celebretur. Præterea, quòd testimonium capituli vel conuentus, & regii homines, iidem pro qualibet parte, & non diuersi fiant, quodque singuli attestantes singillatim iurare, & per ipsius capituli vel conuentus, atque Regios homines, de negotio, de quo experiri volent, interrogari & examinari debeant.

XVIII.

ET item, quòd tempore inquisitionis siue attestatiōis huiusmodi partes causantium interesse non valeant, sed ipsos Regii capituli vel conuentus homines

excludant, & semotis illis seorsim, vt præfertur, quilibet interrogati & examinari debeat. Ad huiusmodi autem attestacionem faciendam periuri, infames, & qui honorem & humanitatem perdiderunt, præterea etiam ignobiles, etiam si possessionati fuerint, per Regiam Maiestatem non nobilitati, acceptari & admitti non debeant. Item, quòd in occulta reuisione modus & antiqua consuetudo seruetur.

XIX.

ITEM, quia hæctenus propter inordinatam celebrationem communium inquisitionum, interdum fauore vel odio, interdum verò metu partium plurima periuria, & quidem euidenter commissa sunt: ad euitandum igitur, & conterendum eiusmodi animorum laqueos, & simul ad tollendam pestiferam peccandi 10 occasionem, definitum est, quòd tamen in superiori articulo satis declaratum sit, qualiter inquisitiones & aliorum etiam iudiciorum processuum executiones fieri debeant: tamen, vt magis huiuscemodi damna ac periuria cessent & extinguantur, in executionibus ipsarum communium inquisitionum, talis ordo seruetur: Quòd cum ex reportatione inquisitionum querelæ, sic, prout factæ fuerint, reperiuntur, non reus, prout hæctenus extitit consuetum, se purgabit, sed actor suorum coniuratorum, paucorum scilicet, vel plurium iuramentis, iuxta rei exigentiam, & iudicis deliberationem, actionem fulciet & confirmabit; ita videlicet, quod si actio pro damnis fuerit, iudex iuxta qualitatem & quantitatem, & exigentiam damnorum, secundum Regni consuetudinem, actori iuramentum indicabit, & si 20 actor ipse inquisitionem pro sui parte reportabit, causamq; obtinebit, reus in facto potentia à modo non conuincatur, sed eius loco in viginti quinque Marcis, puta in centum aureis immediatè persoluendis, ac inter iudicem & actorem æqualiter diuidendis, eo facto conuictus sit & habeatur, & insuper damnificato damna persolvere, & de illis plenariam satisfactionem impendere teneatur. Casu verò, quo in factis eiusmodi damnorum tempore inquisitionis passionibus attestantium dispareres fuerint: iudex decernere debebit, an actor pro damnis sibi illatis iurare, vel reus se purgare debebit.

XX.

CÆTERVM definitum est, quòd amodò in posterum, nemo in facto po- 30 tentia, etiam si quis commissa per ipsum mala, vel in iudicio, vel etiam alias proprio ore confiteretur, nisi in his subscriptis casibus conuincatur, puta, propter inuasionem domorum Nobilium, item occupationem possessionum & vtilitatum, atque pertinentiarum earundem, ac detentionem Nobilium, sine iusta causa, præterea vulnerationem, verberationem, vel interemptionem Nobilium. In his verò casibus, taliter iudex procedere debebit. Quòd si actor pro sui parte inquisitionem modo & ordine supra notatò reportauerit, in ampliorem rei verificationem, si partes voluerint, causam ipsam ad communem inquisitionem decernat. Si verò reus ipsam inquisitionem acceptare noluerit, extunc actor, pro maiori verificatione veritatis suæ, iuxta Regni consuetudinem, hæctenus in hac parte obseruatam, ad 40 caput illius aduersarii iurare debebit. Si autè partibus volentibus ipsa causa immediatè præscripta communi inquisitione definiatur, & ipsa communis inquisitio pro parte actorum feratur, si tamen reportatio ipsa dispar fuerit: iudex ex attestantium passionibus decernat, vter illorum, actor, vel reus, iuramentum deponere debebit. Vbi verò in his præscriptis casibus factum scilicet potentiarum tangentibus castellani, officiales, aut alii familiares, vel lobagiones dominorum, aut aliorum quorumcunque regnicolarum delinquerent, & quoscunque offenderent: eorum Domini propterea pœnam facti potentia non incurrant, sed super innocentia, quòd scilicet non deorum voluntate malum illud sit patratum, prout iuri & iudici consonum videbitur, se purgare debebunt; verum tamen si tales apud eo- 50 rum dominos remanerent, ex parte eorum ipsi domini veram iustitiam, iuxta iuris æquitatem, facere & administrare tenebuntur. In aliis autem casibus, puta damnorum & iniuriarum illationibus, & cæteris similibus, modus & ordo præscriptus obseruetur.

XXI.

Cæterum

CÆTERVM quia tempore attestationis communis requisitionis, oculatæ reuisionis, statutionis & restatutionis, nec non æstimationis iurium possessionariorum, per partem conuictam hætenus nonnunquam repulsiones in contemptum iudicii & iustitiæ fieri solitæ sunt; pro quibus prima vice in vna Marca auri, secunda verò in duabus id facientes, iuxta consuetudinem hætenus obseruatam conuincebantur: quare vt huiusmodi violentorum, & iuris, iustitiæq; turbatorum temeritas debito remedio compefcatur; statutum & sancitum est, quòd quicumq; in posterum cuiuscunq; status, & gradus, & conditionis existat, qualieunq; & in quacunq; causa etiam sententiæ capitalis vi facere præsumpserit, cõtra partem aduersam in facto potētīæ, & insuper si in causa statutionis, vel restatutionis, aut æstimationis fuerit, in æstimatione illorum iurium possessionariorum, quæ statui aut æstimari debuerunt, procedatur. Si verò id, tempore communis inquisitionis, vel ^{† oculatæ} oculatæ reuisionis contingat, similiter in facto potētīæ, præterea in amissione cause conuincatur, & conuictus habeatur eo facto. † oculatæ
ante.

XXII.

ITEM, ordinatum est & conclusum, quòd trinoforenses proclamationes, quæ hætenus in facto possessionum & iurium possessionariorum, præterea in exhibitione literarum & literalium instrumentorum, atq; etiam in facto obligationum, certisq; aliis causis fieri solitæ sunt, cessent, & deinceps nullo vnquam tempore fiant, sed penitus aboleantur, quoniam quidem abusus & corruptela potius, quàm 20 lex dici potest. In obligationibus verò talis modus seruetur, quòd secundum quod se quisquis obligauit, facta legitima euocatione, in primis octauis iudicium & iustitiam recipiat, & ad hoc vigore præsentis decreti astrictus habeatur.

XXIII.

ITEM, quia in duellorum dimicatione plurimæ hinc inde fraudes committi possunt: (rarò enim illi, inter quos illud sit iudicium, per se decertant, sed pugiles cõducunt, qui nonnunquam dono, fauore & promissis componuntur, sicq; partem suam, quantumuis iustam, quando quidem non ipsemet decertare consueuerunt, succumbere patiuntur) quare statutum est, quòd amodò illud iudicii genus extra 30 hoc regnum in mundo inauditum perpetuò aboleatur, & in factis potentiarum iuriumq; possessionariorum fieri nunquam debeat. Duellum siquidem tunc solummodo fieri deberet, & ad hoc ordinatum extitit, quando omnis probatio deficeret. In factis verò potentiarum & possessionariorum partes probationes semper habent, & etiam aliquando iudicium duelli ad curiam regiam militarem, & nõ ad sedem iudiciariam pertinet. Accedit, quòd in iudiciis personalis præsentia Regiæ Maiestatis semper interesse, literas etiam sigillare debet. Is verò vt plurimum spiritalis esse debet. Intererunt præterea Archiepiscopi, Episcopi, & plures alii spirituales, & idcirco non conuenit, vt in sede iudiciaria duellum decernatur. Proinde his, Duellum & aliis pluribus bonis respectibus, rationalibusq; ex causis hoc iudicii genus perpetuò aboleatur, & nunquã decernatur, nisi in casibus, in quibus omnis probatio deficeret, vt, si solus à solo in itinere, nullo spectãte, spoliaretur, vel quidquid alter alteri sine alicuius testimonio commodaret, aut aliquid ad secretas aures diceret, & alter neq; spoliū, neq; creditum, neque etiam verba prolata probare posset. In quibus casibus huiusmodi duellum decerni quidem potest, non tamen in sede iudiciaria, sed in curia militari Regiæ Maiest. ad illam siquidem, vt præfertur, & non ad sedem iudiciariam eiusmodi genus iudicii pertinere, planè dignoscitur.

XXIII.

CÆTERVM, ex quo decisio quarumlibet causarum etiam in facto possessionum & iurium possessionariorum, deinceps mouendarum, pro regnicolarum quiete, & communi quiete, ad quatuor tantummodo octauas, vt præfertur, restricta est, & reducta: statutum est, quòd quilibet in causam ratione iurium possessionariorum attractus, in primis octauis proclametur, quò euocatio ipsa magis ad notitiam eius perueniat, & per magistrum, coram quo causa ipsa mota fuerit, debeat fieri, vt moris est, signatura. Et si non comparebit in primis octauis, in nullo onere, seu nullo Byrragio conuincatur; si verò neque in secundis, neque in tertijs

comparebit, teneatur soluere Byrsagium, ab antiquo consuetum. In quartis autem octauis siue compareat, & se, causamq; suam defendat, siue non: causa ipsa iuxta vim præmissi articuli, non obstante quauis allegatione, finaliter terminetur, & definiatur.

XXV.

ITEM, conclusum est & ordinatum, quòd deinceps nullus omnino magistrorum protonotariorum priuatè in hospitiò extra tabulam, seu sedem iudiciariam Regiæ Maiestatis, causam aliquam siue rationem possessionum, siue actuum potentiorum, siue aliorum quorumcunq; motam vel mouendam adiudicare, & sententias ferre audeat: sed vniuersæ causæ, tam maiorum, quàm minorum, in sede iudiciaria, in præsentia cæterorum iudicum ordinariorum discutiantur: quodque nullæ prorsus literæ, potissimùm in causis arduis, & quæ finalem rerum decisionem contingunt, per magistrum aliàs extradentur, nisi in sede iudiciaria, vbi prius alta & intelligibili voce publicè perlegantur, & deinde pro maiori cautela, & euidentia iustitiæ, vltra sigillum, quo ipse magister protonotarius illas muniet; alius etiam magister protonotarius se subscribere debeat, & teneatur: ita quòd si causa coram Regis protonotario agetur, protonotarius Palatinalis; si verò coram illo, regius, aut iudicis curiæ, ad literas manum apponere, & se subscribere teneantur,

XXVI.

ITEM, quia nonnulli se à iudicio & iurisdictione Banorum, Waiwodarum, Comitum & Vicecomitum parochialium eximi, & solummodo iudicio & iudicatu Regiæ Maiestatis præseruari procurarunt; sub cuius exemptionis confidentia cæteros plurimis damnis, iniuriis, oppressionibus, nocuentis, & aliorum malorum generibus impunè afficere consueuerunt: quare statutum est, quòd vniuersæ huiusmodi exemptiones, hæctenus qualitercunq; concessæ, & per quoscunq; impetratæ, demptis dumtaxat perpetuis Comitibus, qui ex vetustissima diuorum Regum ordinatione solius Regiæ Maiestatis iudicio reseruati intelliguntur, reuocentur, cassentur, & nullius vigoris aut firmitatis habeantur: meritò quippe concessa immunitate & gratia priuari debent, qui illa abutuntur. Et si per quospiam similes exemptiones & gratia forte impetrarentur, illæ quoq; vigore præsentis decreti nullius vigoris intelligantur.

XXVII.

CÆTERVM, quia ex parte illicitæ occupationis illorum bonorum, & iurium possessionariorum, quæ per Regiam Maiestatem seruitoribus suis, & aliis donantur, variæ querelæ & clamores non solum apud Maiestatem suam, sed etiam in vniuerso regno fieri consueuerunt: causantur enim plurimi, quàm primùm bona aliqua à sua Celsitudine per suos vel alios impetrantur, illa protinus, nullo habito scrutinio, an scilicet iustè & legitimè Maiestas sua donare potuit, occuparent, & non obstante eorum contradictione, obtinerent: quare statutum est, & sancitum, quòd à modò si quibus aliqua bona per Regiam Maiestatem, quocunq; nomine, & titulo donata fuerint, & contra iura, decreta, & consuetudinem huius Regni quacunque arte dominium illorum, non obstante etiam contradictorum inhibitione, capient: Comes per contradictores requisitus, teneatur illos è vestigio admonere, quòd manus suas de illis excipiant. Et si ad primam etiam requisitionem & admonitionem id facere recusauerint, secundò per eosdem contradictores requisitus, teneatur, vigore præsentis decreti, scita prius veritate, illos captiuare, & de illis bonis eiicere, & insuper ad solutionem communis æstimationis eorundem bonorum per omnia remedia compellere: ad cuius rei executionem si Comes per se impotens esset, Comitatus per ipsum requisitus, penes eundem insurgere, & ei opportuno fauore, subsidio & auxilio assistere debeat, & teneatur. Si qui verò adeò potentes fuerint, vt Comes etiam cum auxilio Comitatus id facere non poterit: Regia Maiestas per Comitem auisata, bona ipsa occupari facere teneatur.

XXVIII.

ITEM, conclusum est, quòd si deinceps aliqua bona à Regia Maieftate impetrata fuerint, & impetrans institerit, vt ea Regia Maieftas nomine suo occupari faceret, simulq; procuraret, vt literę donationales scriberentur, quasi illa de manibus suis Regiis collata essent: eiusmodi literę donationales, quoad illam clausulam (*de manibus Regiis*) nullius vigoris & firmitatis sint, & habeantur; & quòd neque per Comites, sed neque in octauis per iudices ordinarios, & magistros protonotarios obseruentur.

XXIX.

10 VLTERRIVS quòd vniuersa bona, possessiones, & iura possessionaria, quæ ab anno proximè transacto, videlicet, millesimo quadragesimo octuagesimo quinto, vsq; in præsentem diem festi Epiphaniarum Domini, anni eiusdem millesimi quadragesimi octuagesimi sexti inclusiuè, per Regiam Maieftatem, quibuscunq; donata sint, si, & in quantum illa contra iura, & decreta, ac antiquam Regni cõsuetudinem occupata sunt; illorum derentores & occupatores, requisiti prius & moniti, cum literis Regiis, aut palatinalibus, infra statum vnus mensis integri, à die requisitionum & monitionum computando, remittere debeant, & teneantur. Alioquin Comes, cum aliis nobilibus illius Comitatus, penes eum eligèn: & deputandis, illis quorũ fuerunt reddere, in eisdemq; illos conseruare debeat. Si autem detẽ-
20 tores illi potentes fuerint, Comes verò ad hoc exequendum impotens & insufficientis, Comitatus huius præsentis statuti vigore insurgere, ac in hac parte Comiti ipsi assistere debeat, & teneatur. Illi autem derentores si ex Regia donatione ius sibi acquisitum sperabunt fuisse, iure regni acquirere debeãt. Si verò detẽtores adeò potentes erunt, vt Comes etiam cum auxilio totius Comitatus id facere non poterit, Regia Maieftas per Comitem auifata, occupare, & præmissa facere exequi debeat, & teneatur.

XXX.

De iuribus impignoratis.

30 CÆTERVM, quia fieri solet, quòd nonnulli bona & possessiones suas, & necessitate cogente, pignori obligant, & eadem tempore medio, venditis etiam aliis rebus suis, redimere vellent, & ad hoc pecunias paratas haberent, tamen illi, quibus obligarunt, immemores salutis & honoris, remittere nollent, sed ad octauas eius rei decisionem differrent, vt scilicet interea fructus percipere valeant; propter quod nõnunquam eiusmodi possess. & bona ab ipsis pauperib. & eorũdẽ hæredibus perpetuò alienantur, ex quo pecunias vtcunque ad id dispositas, aut expendere coguntur, aut casu amittuntur. Vt igitur illorum malorum fœneratorum malitia compefcatur, & horum inopum indemnitati consulatur: statutum est, & sancitum, quòd, quandocunque eiusmodi fœneratores per aliam partem iuridicè & legitime re-
40 quisiti, pecunias eorum leuare, vel illis leuatis, bona impignorata reddere, & remittere noluerint, sed causam ad octauas distulerint, inprimis octauis causa ipsa definiri, & sic adiudicari debeat: quòd sine vlla solutione illa bona remittantur, & per iudicem statim restituantur, & insuper fœnerator ille in tanta summa pecuniarum, in quanta bona illa sibi obligata fuerant, contra partem alteram conuincatur eo facto.

XXXI.

CÆTERVM, quia quotiescunque bona aliqua, aut iura possessionaria, siue per defectum, seu vnus, seu aliorum, ad coronam, & consequèter ad collationem Regiæ Maieftatis deuolui contingunt; plurimi insurgere, & bona ipsa ad eos deuoluta iure acclamare soliti sunt, sicq; Regiæ Celsitudinis aures non modo importunis clamoribus obtundunt, verum etiam Maieftatem suam maioribus intentam, ne se in illis intromittat, prohibent, turbant, & impediunt: illis etiam Maieftas sua quibus bona huiusmodi donat, ne sibi statuant contradictionis velamine obuiant. Hoc verò idcirco maximè facere consueuerunt, vt interea, quoad iure determi-

Vide pag. 55. nabitur, an ad Regiam Maieſtatem, vel alios bona ipſa ſint deuoluta, fructus, pro-
 uentus, & alias illorum utilitates impunè percipere poſſint. Quare præſenti decre-
 to ſancitum eſt, quòd in quocunq; Comitatu aliqua iura per defectum ſeminis
 quorumcunq; decedentium deuoluta fuerint, & de huiusmodi poſſeſſionibus
 manifeſtè non conſtabit, ſed dubium erit, an ad ius Regium, vel aliquos fratres de
 genere decedentiũ, ſeu hæredes ſcæminei ſexus pertineant; extunc Regia Maieſtas
 intra huiusmodi rei dubiæ deciſionẽ, bona illa occupari, & ad manus alicuius pro-
 bi & idonei hominis, quem ſcilicet ſua Maieſtas ad hoc deputauit, tãquam ad ma-
 nus communes & fideles dari & assignari facere debeat, qui interim, quoad dubiũ
 illud reſoluetur, & cauſa finaliter decideretur, cum ſolitis & iuſtis prouentibus tene-
 at; ſi quid autem vltra ſolitum & ordinatum cenſum extorſerit, illi, cui poſt cauſæ
 deciſionem bona ipſa cedent, reddere debeat, & teneatur: hoc adiecto, quod, ſi qui
 bona ipſa ad eos deuoluta fuiſſe affirmauerint, infra vnũ integrum annũ, prout et-
 iam in ſequenti articulo tangetur, ſiue celebrentur octauæ, ſiue non, teneantur co-
 ram Palatino iura ſua producere, & docere, bona ipſa ad eos pertinere. Quod ſi fa-
 cere poterunt, Palatinus eiſdem ſtatueret mandet, & faciat cum effectu: ſi autem in
 probatione defecerint, dentur & assignentur eadem bona ad manus illorum, qui-
 bus per Regiã Maieſtatem fuerint donata, & ſi qui vltorius ad illa ius habere ſpera-
 uerint, eadem de manibus Regiis requirãt legitimè. Vbi autem vxores, vel filia hu-
 iusmodi hominum, abſq; hærede mæſculo decedentes, in illis poſſeſſionibus remã-
 ſerint, poſſeſſiones eãdem à manibus earum auferri & occupari non debeant, pri-
 uſquam de earum iuribus, videlicet, an hæreditariò & perpetuò ad ius ſcæmineum
 pertineant, an ne veritas inquiratur. Quam quidem veritatem ſcæminæ ipſæ infra
 vnum annum, vt præfertur, oſtẽdere debebunt, & tenebuntur, & ſi repertum fue-
 rit eãdem poſſeſſiones iuri ſcæmineo non competere, extunc dictis vxoribus ta-
 lium decedentium, antequam de dominio aliorum excludantur, per Regiam Ma-
 ieſtatem, aut alios, ad quos repertæ fuerint deuolutæ, vel etiam quibus Maieſtas
 ſua eãdem poſſeſſiones fortè donauerit, de earum dotibus & iuribus plenaria ſa-
 tisfactio impendatur. Filiabus verò vſque ad tempus maritationis earum domus
 paterna, cum quarta parte poſſeſſionum paternarum, pro quarta filiali, ſecundum
 antiquam conſuetudinem Regni, ſequeſtretur, & poſſidenda relinquatur. Poſt-
 quam verò maritata, & traductæ fuerint, de earum iure quartalatio pecuniaria ſo-
 lutione immediatè ſatisfiat. Vbi autem alicuius filia, vel ſoror, ſiue de curia ali-
 cuius Baronis vel nobilis, ſiue etiam de propria domo paterna, vel aliunde vnde-
 cunq; cum conſenſu & voluntate patris, aut fratris, homini impoſſeſſionato nu-
 pſerit: ipſius puella in quarta illa puellari per ipſum patrem, aut fratrem, nobilitari
 debeat. Si verò ſine conſenſu & voluntate patris, aut fratris, id fecerit, in portio-
 ne ſua puellari non nobilitetur, ſed cum pecuniaria ſolutione eidem ſatisfieri de-
 beat, & in hoc caſu, ius ſuum quartalitium non cum poſſeſſione, ſed cum pe-
 cuniaria ſatisfactione requirendi habeat facultatem, prout & quemadmodum
 huiusmodi conſuetudo & ordinatio etiam hætenus obſeruata fuiſſe plane digno-
 ſcitur.

XXXII.

PRÆTEREA ordinatum eſt, quòd, ſi cui per Regiam Maieſtatem bona &
 poſſeſſiones, & quæcunq; alia iura poſſeſſionaria, ſiue per defectum ſeminis, ſiue
 nomine iuris Regii, aut alio quocunq; titulo donata fuerint, & tempore ſtatu-
 tionis contradicetur, impetrans contradictioni parere, & locum dare teneatur, &
 illorum dominium contra ipſam contradictionem non capiat. Sed tamen ſi con-
 tradictor de recenti in poſſeſſionem illorum bonorum ſe ingeſſit, & prius illorum
 bonorum dominium non habuit, prout etiam in ſuperioribus tactum eſt: infra vnũ
 annũ ſpacium, à die datarum literarum donationalium computando, ſiue in-
 terea celebrentur aliquæ octauæ, ſiue non, teneatur contradictor coram Regia
 Maieſtate, aut Palatino, vel Magiſtris ſuis protonotariis, ad id deputatis, iura ſua
 producere, rationem contradictionis reddere, & ſimul oſtendere, bona illa opti-
 mo iu-
 mo iu-

mo iure ad se pertinere. alioquin elapso termino, per Regiam Maiestatem, aut Palatinum, vigore presentis statuti, eiiciatur de bonis illis, & assignentur illi, qui impetravit, & in super idē cōtradictor cōpellatur ad integrā restitutionē, quicquid utilitatis interea ex illis bonis percepit. Si verò bona ipsa etiam prius apud manus contradictoris fuerunt, impetrās iuxta præscriptos articulos in octauis, vigore presentis decreti, de manibus eiusdem iure requirere debeat.

XXXIII.

ITEM, dos vxorum qualitercunq; decedentium, salua semper maneat, & illa nunquam fraudentur.

10

XXXIV.

ITEM, quia inter Prælatos, cæterosq; viros Ecclesiasticos, ac Nobiles, nonnunquam lites & controuersia suboriri consueuerunt, & pars partem omni via, modo & arte grauare laborat: pro tranquilliori igitur statu, & commodo regnicolarū, ne scilicet pars in partem in hoc casu habeat imperium, statutum est, quod si Prælati, & alii viri Ecclesiastici contra Nobiles in præsentia cuiuscunq; iudicis litē mouerint, pro re & causa, pro qua scilicet agetur, lite ipsa pendente, sine certa scientia Regiæ Maiestatis interdictum in eos ponere, vel contra ipsos sententiā ex cōmunicationis ferre non debeat; ne potius ex passione, quàm æquitatis amore tulisse eam videantur. Et si Prælati vel aliæ Ecclesiasticæ personæ in præsentia alicuius iudicis iuris ordine conuicti fuerint, in eadem grauamina, quibus aduersarium onerare intendebant, eo facto incidant.

20

XXXV.

ITEM, quia mercatores, & negociatores, cæteri q; pauperes, qui aut quæstus gratia, aut pro necessaria victuum acquisitione, vel etiam pro aliis ipsorum rebus, per regnum hinc inde proficisci habent, per varias arrestationes multipliciter grauari, impediri, molestari, & damno irrecuperabili affici consueuerunt: ordinatum igitur est & statutum, vt amodò perpetuis successiuis temporibus talibus in arrestationibus modus seruetur. Quod si quispiam causabitur alium sibi debere, nisi debitum fuerit liquidum, hoc est, nisi debitor fuerit apertus & manifestus, qui vulgari & materno sermone, *hembe, valo ados*, nuncupatur, is enim in communi loco arrestari poterit: non protinus illum vel alium, aut alios pro suo arbitrato debeat arrestare, sed prius teneatur rem ad aures Comitis illius Comitatus, in quo debitor fuerit, deferre, qui vigore presentis decreti tenebitur è vestigio dominum debitorem admonere, & simul requisitum, quo illum iuri detineat, & si creditor non satisfaciet, teneatur sub pœna duodecim Marcarum grauis ponderis per Comitatem exigendarum, ad primum diem iuridicum, ad sedem iudiciariam actori responsum abducere: vbi si ille defendere se & expurgare non poterit, vel dictus dominus suus, eum in secundo termino iuridico præsentare & statuere non curabit; Comes ipse teneatur, & sit obligatus de bonis eiusdem domini sui actori non solummodo de sorte capituli, verum etiam de vniuersis expensis per creditorem vel actorem factis, ex integro satisfacere. Si verò debitor, vel reus per dominum suum detentus, & in sedem iudiciariam transmissus, ibique conuictus fuerit, iuxta deliberationem suam iudiciariam, & commissionem Comitis, de rebus & bonis debitorum, tam, vt præfertur, de summa capitali, quàm etiam expensis factis satisfacere debeat & teneatur, & ad hoc per Comitem compellatur. cui quidem reo si facultates ad satisfaciendum non sufficient, in primis res, quas habuerit, dentur & æstimentur creditori, & tandem caput quoque illius tradatur in manus dicti creditoris. Si autem alicubi in hac parte Comiti non parerent, ita quod iuxta vim presentis decreti, debitum suum facere non permetteretur, sed cogeretur rem ad aures Regiæ deducere: extunc dominus possessionis, in qua scilicet ipsi Comiti refragabitur, in viginti quinque Marcis per Regiam Maiestatem irremissibiliter extorquendis conuincatur eo facto, & nihilominus teneatur Maiestas sua, & ad hoc sit

30

40

50

obligata, de quantitate & summa debita creditori vel actori simul cum expensis per ipsum factis, sine vlla prorſus dilatione, ſatis facere ad integrum.

XXXVI.

ITEM, ſtatutum eſt, quòd dum Prælati, Barones, & quicumque nobiles, ſiue ad Regiam Maiestatem, vel eius curiam, ſiue ad bellum, vel quocumque aliàs, & ſiue in rebus priuatis, ſiue publicis proficiſcentur, ſine damno, nocumento, iniuria, & impedimento aliorum regnicolarum ſemper & vbique proficiſci debeant, & teneantur.

*Dominus gentium ſeu exercitus pro damnis irrogatis
iure conueniatur.*

XXXVII.

ITEM, quia regnicolæ per progreſſum & deſcenſum militantium plurimum hætenus, vt præfertur, grauati & damnificati fuerunt: ſtatutum itaque eſt & ſancitum, quòd tam gentes Regiæ, quàm aliorum quorumcumque regnicolarum, tam ſcilicet equites, quàm pedites, quæ per regnum proficiſci habent, teneantur deinceps præcia omnium victualium, tam ſcilicet equis quàm hominibus conuenientium perſoluere, & nuſquam damnum inferre præſumant. Quòd ſi aliqua, non Regiæ, ſed aliorum contrauerint, illorum dominus pro damnis irrogatis, ob iniuriam, & iacturam paſſo iure requiratur. Si verò Regiæ fuerint, tenebitur ſemper Maiestas ſua cum illis aliquem bonum & benè poſſeſſionatum hominem ſuum deputare, qui cum eis procedat, & nuſquam damnum inferre patiatur. Et ſi aliter facere præſuſerint, atque pro damnis & iniuriis querela ad Regias aures deducta fuerit: teneatur Maiestas ſua ex parte illius talem tantamq; iuſtitiam & ſatisfactionem impendere, quòd non ſolum damna illata, ſed etiàm expenſæ, quas damnificatus ſiue querulans fecerit, refundantur. Ne autem occaſionem ſolutionis & præcii victualium differant, ſeu contentionem aliquam oriri contingat, diffinitum eſt, quòd tam Regiis quàm etiàm aliorum gentibus ad bellum profecturis teneantur vbique locorum victualia dare, & adminiſtrare iuxta Regiſtrum & limitationem Regiæ Maiestatis, quantum Maiestas ſua iuxta temporis conditionem facere, & ductoribus eiufmodi gentium ſuarum dare debebit, & eorum præcia gentes ipſæ ſimiliter iuxta continentiam eiufdem Regiſtri ſeu limitationis ſine difficultate ſemper perſoluere debeant, & teneantur.

XXXVIII.

CÆTERVM quia nonnullæ gentes, potiſſimum verò leuis armaturæ ſiue huza- rones hoc facere conſueuerunt, quòd poſt deſcenſum exercitus, aut etiàm exſpirato ſtipendio eorum, non in propriis eorum, ſed aliorum bonis iacent, ſeq; reſciant, & plurima iſtic damna, moleſtias, & alia nocumentorum genera impunè committunt: ſtatutum itaq; & diffinitum eſt, quòd tales amodò nuſquam in bonis aliorum manere ſeu iacere poſſint, ſed teneantur ad propria redire, & ibi, ſi volent, noua ſtipendia expectare. Quòd ſi qui fortè temerè aliud attentare præſumerent, & hi, in quorum bonis agerent, moleſtè ferrèt, debeant Comiti illius Comitatus ſignificare, & eum requirere, quo illos remoueat: ille verò è veſtigio teneatur eos monere, quòd recedant, & damna irrogata perſoluant, & ſi non paruerint, eos captiuè, & perſonas ad caſtigandum Regiæ Maiestati tranſmittat: de rebus verò & bonis ſuis & familiarium ſuorum, damna illata reſtificet, & perſoluat. Si autem Comes per ſe ad hoc impotens & inſufficiens erit, Comitatus penes eundem inſurgere teneatur. Si tamen tepidus & negligens fuerit, & damnificatus querelam Regiæ Maiestati porrexerit, debeat & teneatur Maiestas ſua, de propriis rebus & bonis ipſius Comitis, vniuerſa illa damna reſtificare, & etiàm expenſas refundere, & inſuper gētes ipſas de poſſeſſione querulantis remouere.

XXXIX. ITEM,

XXXIX.

ITEM, quia Veneti, & Poloni, omni arte, omniq; via & technis conati sunt, & semper conantur ad terras & dominium, ad sacram coronam pertinentia, pedem inferre, & illa vsurpare, prout etiam aliquam partē de facto vsurparūt: proinde statutum atq; sancitū est, sub nota perpetuæ infidelitatis, vt nemo regnicolarū audeat illis aut eorum alicui castra, fortalitia, ciuitates, oppida, & possessiones, aut alia bona immobilia vēdere, inscribere, impignorare, cōmendare, donare, vel aliter qualitercunque dare, vel assignare.

XL.

1^o ITEM, quia officiales & seruitores dominorum ex confidentia, quam in eorum dominis habent locatam, plurimis damnis, iniuriis, molestiis, & impedimentis cæteros afficere consueuerunt: quare, vt eorum temeritas & licentia compescatur, & simul etiam, vt eorum domini prouidentiores efficiantur, sancitum est, & conclusum, vt si qui nobiles & possessionati castra, vel alia officia, ab ipsorum Dominis tenuerint, malaque ex illis perpetrauerint, teneantur eorum domini, scita prius veritate, ad requisitionem Comitum, sub quo fuerint, læsis iustitiam administrare, & satisfactionem impendere, commissaque mala rectificare. Si verò eiusmodi malorum patratores non fuerint in aliquo officiolatu constituti, sed stipendium dumtaxat ab eorum dominis habuerint, & in propriis suis domibus manserint, aut aliter dominis ipsorum seruiuerint, & sic mala huiuscemodi commiserint, 2^o ipsimet teneantur coram Comite suo comparare, iuri stare, & se expurgare. In hoc autem casu talium domini non audeant neque debeant se de illis intrinsece, neque eos defendere, sed ad Comitem remittere eos teneantur. Si qui autem aliter facere præsumerent, conuincantur eo facto in duplo homagio ipsius seruitoris, & nihilominus Comes seruitorem illum captiuare, & ex parte sua læso debitam iustitiam administrare teneatur. Domini verò huiusmodi suos seruitores, qui scilicet alios damnificabunt, aut aliqua alia mala perpetrabunt, siue etiam qui factores fuerint, & commissi sibi bona malè dispensabunt, vel non data bona ratione aufugiunt, non obstante priuilegio & immunitate nobilitatis, liberè, vbicunque poterint, captiuare, & ad satisfactionem adstringere possint, & valeant. Si 3^o quis tamen seruitorem captiuabit, & ille causabitur se iniuste captum; contra eum euocatione in primis octauis causa discutiatur, & iustitia capto ex parte sui administratur.

De seruo fugitino.

XLI.

PRÆTEREA si alicuius seruitor aut factor aufugiet, & alterius domini seruitio se subiiciet, requisitus & admonitus dominus nouus per priorem teneatur illum è vestigio licentiarè, & à se dimittere: alioquin in duplo homagio seruitoris illius cōuictus sit, & habeatur eo facto, & nihilominus si nullo modo dimittere voluerit, euocetur per læsum ad octauas primum celebrandas, vbi eidem ex parte illius plenaria & condigna iustitia administrari debeat. 4^o

De tributis & teloniis.

XLII.

VLTERIVS, de tributorum & teloniorum exactionibus ordinatum est, quòd per totum hunc annum, vsque ad futurum scilicet festum Circumcisionis Domini, Comites quorumcunque Comitatum, cum certis & potioribus Nobilibus illorum Comitatum, quotquot loca teloniorum in illo Comitatu habebuntur, videant: & si illud pro pontibus, aut aggeribus, vel in terra arida, aut aliter exigitur, & item quot vnarum tam pontes, quàm aggeres illi existunt, Regiæ Maiestati fideliter rescribere teneantur, vt tandem Maiestas sua cum dominis Prælatibus & Baronibus possit limitare, quantum quisque in suo tributo ab itinerantibus exigere valeat. Si qui verò post huiusmodi limitationē, amplius aliquid accipere, & huic sanctioni contrauenire non formidarent, teneatur Comes cum electis No-

bilibus rectificare, & læsis, tam de exactis, quàm etiam expensis, satisfacere. Si verò incorrigibiles fuerint, prohibeat Comes, quòd vsq; ad gratiam Regiæ Maiestatis, vltèrius ibi tributum exigere nò præsumant, & insuper prouideat, quòd interea liberè, & sine vlla tributi solutione, locù illum quilibet pertransire possit. Tales verò pertransèntes Comes ab illis transgressoribus defendere teneatur. Si qui autem Comites per se telonia in illo Comitatu, in quo officium tenent, haberent, vicinorum duorum aliorum Comitatum Comites debeant tributa illius Comitatus còspicere, & illorum rationem, & causam, atq; qualitatem, vt præfertur, Regiæ Maiestati rescribere.

XLIII.

ITEM, à rusticis vxores de aliis villis ducentibus, deinceps nullum tributù prorsus exigatur; quodq; à sartoribus & rasoribus nò quadraginta denarii, prout hactenus consuetum fuit, sed dumtaxat tantum, quatum ab aliis artificibus & viatoribus exigitur, in locis tributorum exigatur.

XLIV.

ITEM, statutum est & definitù, prout etiam per serenissimù quondam Dominum Sigismundum Imperatorè sancitù fuisse dignoscitur, quòd nullus Banus, Comes, Waywoda, seu alius officialis regni, cuiuscunque tituli, authoritatis, dignitatis, & præminentia existat, Ecclesias Archiepiscopales, Episcopales, Abbatiales, præpositales, & alias quascunq; iuri patronatus Regio conferuatas, & disponendas, earumque pertinentias, fructus & redditus, sed neq; decimas & possessiones intra terminos & limites sui honoris, seu officiolatus, absq; speciali mandato Regiæ Maiestatis occupare, aut de eisdem partialiter, aut totaliter ingerere præsumat.

XLV.

ITEM, quicumq; furem, vel latronem, aut alium quemcunq; publicum malefactorem captiuauerit, & eundem de captiuitate sua abire permiserit: Comiti parochiali homagium illius malefactoris, læsis verò damnum irrogatum soluere debeat, & teneatur.

XLVI.

ITEM, quia de violentis indebitisq; colonorum siue rusticorum abductionibus, varii clamores, variæq; querelæ, variæ etiam lites & controuersia oriuntur: proinde statutum est, quod vniuersi coloni, ab vno anno vsq; ad præsentem diem Epiphaniarum Domini, per quoscunq; indebitè & contra consuetudinem Regni abducti, ad requisitionem Comitis eorum dominis restituantur. Si qui vero non reddiderint, in homagio coloni conuincantur eo facto: cuius medietatem Comes pro se, reliquam vero medietatem pro eo, cuius colonus fuit, exigere teneatur: & hoc Comites, in quolibet Comitatu, & in bonis quorumlibet exquirant, & exequatur. In primis autem incipere debeant in bonis Regiæ Maiestatis, & illustrissimæ dominæ Reginæ, deinde verò in aliorum bonis; deinceps verò nemo aliorum lobagiones violenter, & contra consuetudinè regni, sub pœna sex marcarum, nemo etiam sub eadem pœna lobagiones suos, iuxta consuetudinè regni abire volentes, aliqua excogitata calumnia retinere audeat: ita quod pauperes liberã & manèdi & discedendi habeant facultatè. Si quispiam autem causabitur, suos violenter & indebitè abductos, Comes illius Comitatus, cù electis Regiis, & aliis bonis hominib. discernat, & si querelam iustam cognouerit, abductos reddi faciat, & pœnam præmissam à violento extorqueat. Si qui autem imposita calumnia, vel aliqua excogitata nouitate, suos retinuerint, puta, si tunc solummodo taxam ad eos imposuerint, quando illos abire velle cognouerint, vel longo tempore ante imposuerint, & nondum exegerint, & hoc maximè, vt illos tali prætextu semper obnoxios alligare, & exinde retinere possint, in pœna præmissa, hoc est, sex marcis per Comitem immediatè & irremissibiliter exigendis, eo facto conuincantur. Taxam etiam ordinariam si qui exigere volent, infra sexaginta dies exigant, alioquin postmodum taxa ipsa calumniosa intelligatur.

De decimis.

XLVII.

ITEM,

ITEM, cæterum quamuis ab eo tempore, quo Regia Maiestas diuina dispositione ad regiam dignitatem sublimata est, in omni diæta, in omni conuentu, in omni denique congregatione regnicolarum tractatum semper fuerit de solutione decimarum, qualiter scilicet, & quo ordine illæ solui deberent, plurimæ etiam superinde constitutiones factæ extiterunt: nunquam tamen adhuc modus & via reperta est, quo partes contentæ extitissent, & querelæ cessassent; & idcirco etiam in præsentî diæta, licet multum denique, tam à Regia Maiestate, quam etiam regnicolis super hoc cogitatum fuerit, melior & conuenientior via & modus reperiri non potuit, quàm fuit tempore coronationis Regiæ Maiestatis reperi-
 10 tus: eam ob rem conclusum & statutum est, quòd amodò perpetuis successiuis temporibus decimæ ipsæ soluantur, & exigantur iuxta dispositionem tempore præfata coronationis factam: hoc cum adiecto, quòd quandocunq; decimatores in aliquo Comitatu exire volunt, vnum aut duos ex his Nobilibus, quos Regia Maiestas in omni Comitatu deligere habebit, ad expensas Episcopi vel capituli secum ducere teneantur. Qui in primis prouideant, quòd decimæ vbiq; iustè & bono modo exsoluantur. Deinde, quòd decimatoribus iniustas & superfluas decimas dicare non permittant. Qui quidem decimatores si eis non parebunt, teneantur Episcopo vel capitulo rescribere, & eum auisare, & si ille, vel illud non prouidebit, & non rectificabit, teneantur Regiæ Maiestati significare, qui pro bono cõ-
 20 muni, & quiete regnicolarum, pro sua gratia & clementia hoc onus subire debeat: quòd tam ex parte Episcopi vel capituli, quàm etiam decimatorum talem iustitiam faciat, quòd Comitatus bene & meritò contentus esse valeat. Interim verò exactio decimarum cessare debeat, & eius occasione Episcopis interdicitum ponere non valeat.

XLVIII.

ITEM, ordinatum est, prout etiam per Serenissimum quondam Dominum Sigismundum Imperatorem ordinatum fuisse constat, quòd decimatores iuramentis decimandorum contentari debeant, vel si contentari noluerint, aceruorum liberam examinandi habeant facultatem. Qui si plus inuenerint, quàm rusticus
 30 dixerit, superfluitatem auferat, & vltra hoc iustam eidem decimam ad soluendum imponant: Si verò iuxta dictum rustici compererit, rustico pro damno in subuersione acerui illato, vnum aurum è vestigio soluere teneantur: quem si soluere recusarent, vel difficultarent, rusticus ipse equum dicatorum libere auferre valeat. Quod vt facilius & commodius facere possit, præsentî decreto cauetur, quòd decimatores aceruum examinare incipientes, equis descendere, & in domo vel curia rustici decimandi illos ligare teneantur.

XLIX.

ITEM, quòd in agris rustici animalia dicata soluant, neq; ad festum sancti Michaelis seruare teneantur, & si postmodum ipsa animalia casualiter perierint, rustici ipsi præterea nullo modo grauari debeant, sed tamè iurare teneantur, quòd non eorum culpa, neq; malitia, & neq; voluntate perierint.

L.

ITEM, solent nonnulli in certis Comitatibus tempore decimarum in singulis possessionibus suis vnum horum, cum bladis & frugibus, & item vnum cellarium cum vinis pro se retinere, vt vltra decimas prouenire debentes pro se exigere, & quia huiusmodi abusus contra sanctorum Regum ordinationem inducta fuisse dignoscitur. Sic enim per illos ordinatum fuisse constat, vt quos in colligendis decimis ipsis facere habent, iis relaxarentur. Proinde statutum est, quòd huiusmodi
 50 abusus sopiatur, & perpetuò abolita intelligatur. Id quòd nullus hortus, nullumque cellarium dominis terrestribus in decimatione relinquatur. Rehitentes vero, & transgressores, Comes per media opportuna astringat; qui si tepidus fuerit, aut simpliciter facere recusauerit, Regiam Maiestatem superinde auisare debeat, quæ tandem illos compellere teneatur.

LI.

ITEM, conclusum est, quòd si qui regnicolarum, cuiuscunque status & conditionis existant, super decimis, cum quibuscunq; personis, & à quocunque tempore, in curia Romana hæctenus litigassent, vel etiam in præsentia litigarent, causas ipsas amodò cessare ibi faciant, & si vsq; ad primum diem mēsis Maii, festum videlicet beatorum Philippi & Iacobi Apostolorum proximè venturum, ad hoc regnum in sede iudiciaria Regiæ Maiestatis discutendas reuocare, & coram Regia Maiestate comparere neglexerint, ea ad partis comparentis instantiã, non obstante illorū contumacia, vel absentia, quod iustum fuerit, decernere, & causam ipsam finaliter terminare, & tam de summa, & damno capitali, quàm etiam de expensis sententiam ferre, atque eam debitæ executioni, vigore præsentis decreti, demandare debebit.

LII.

CÆTERVM, ordinatum est, quòd deinceps nemo omnino regnicolarum, neq; pro decimis, neq; pro aliis quibuscunq; rebus, in dicta curia Romana litigare præsumat. Si autem aliqui dominorum Prælatorum, aut aliæ Ecclesiasticæ personæ, cum quibuscunque regnicolis, aut e contra, vel ratione exemptionis, vel etiam super eo, vtrum iustæ & integræ decimæ eis solui debeãt, vel alio quocunq; modo super decimis, aut etiam aliis rebus quibuscunq; lites mouere, vel motas prosequi voluerint: id eis eoram Regia Maiestate liberè, sed nunquam aliàs liceat, quæ ex suscepto regiminis officio, vnicuiq; iuxta allegata & approbata, quod iustum fuerit, discernere habebit. Hoc tamen per expressum declarato, quòd causas decimarum non iudices regni, nisi sola Regia Maiestas personaliter semper discutere possit, & valeat.

LIII.

ITEM, quòd Regia Maiestas ad simplicem querelam, quantumuis grauem & enormem, bona regnicolarum non faciet occupari, sed accepta querela scribat ad Comitem, & electos Nobiles illius Comitatus, eisdemq; committat quòd querelam resciant, & Regiæ Maiestati fideliter rescribant, quæ tandem ex illorum attestatione videat, cognoscat, & deliberet quid illis faciendum erit, & an bonorum occupationem, vel aliam pœnam merebuntur.

LIV.

ITEM, quòd Regia Maiestas neminem regnicolarum, sine Baronum & Prælatorū consilio, nota seu crimine infidelitatis damnare audeat; conclusum est, quod nemo regios infideles ad castra, munitiones, ciuitates, vel alia loca sua acceptare & ibi conseruare, atque defendere audeat. Si quispiam autem infidelium ex confidentia ad aliquem dominorū vel amicorū suorum confugerit, eum ille suscipere, & infra decem dies, sed non vltius, apud se, & in domo sua impunè conseruare possit. Et si ille, vel pro gratia obtinenda, vel ad ostendendam obedientiam, aut etiam innocentiam suam declarandam, venire ad Regiam Maiestatem voluerit: is eum secum vnà, si volet, ad suam Maiestatem, vbicunq; fuerit, ducere, vel etiã cum literis & hominibus suis mittere, sub saluo conductu Regiæ Maiestatis, qui omnibus talibus vigore præsentis decreti ex nunc datus, & concessus, intelligitur, liberè valeat, liberè etiã pro illo supplicare, laborare, & intercedere pro gratia possit. Verumtamen si gratia ipsa à Maiestate sua impetrari & obtineri nõ poterit, rursus ad castra, munitiones, ciuitates, oppida vel alia loca, & bona sua illum suscipere & admittere nullo modo audeat. Quòd si qui fortè aliter attentarent facere, huiusmodi castrum, munitio, ciuitas, oppidum, possessio, siue locus, ad quem scilicet talis infidelis acceptaretur, eo facto ad regium fiscum deuoluatur, & ex nũc deuolutus intelligatur, de quo Regia Maiestas, vigore præsentis sanctionis, liberam, pro suo arbitratu disponendi habeat facultatem.

LV.

CÆTERVM, si in bonis aliquorum fures, latrones, homicidæ, incēdiarii, & monetarum, vel literarum, siue etiam manuum alienarum falsatores fuerint, & domini huiusmodi bonorum requisiti per Comitem, illos de bonis suis non expulerint:

teneatur

teneatur Comes mittere ad capiendum eosdem male factores, & si rustici, siue incolę possessionum, in quibus tales fuerint, contra homines Comitıs insurrexerint, & eis restiterint, quò minus illos capere possint: Comes possessionem non statim occupet, sed teneatur secundo, maiori manu, maioriq; potentia, ad illum mittere, & tam præfatos malefactores, quàm etiam rusticos illos capi facere. Vbi si officiales domini loci illius simul cum rusticis, vel etiam seorsum cum aliis suis complicibus, insurrexerint, & illos capi non patientur, promiserint tamen, quòd illos in sede iudiciaria, coram Comite iuri statuent: homines Comitıs parcere, & contenti esse debebunt, & in hoc casu Comes possessionum non occupet. Verumtamen si
 10 illos neque capere patientur, neque vt præfertur, statuere promiserint, possessionem ipsam vsq; ad gratiam Regiæ Maiestatis occupare debeat, & teneatur. Si verò dominus talis loci in hoc casu contra Comitem, vel eius homines, personaliter insurrexerit, & obstiterit, ne præfati malefactores, vel etiam rebelles illi rustici capi possint, & neque illos, vt præmissum est, in sede iudiciaria statuere promiserit, vel si promiserit, & non fecerit: possessio, in qua hoc fieri contingit, fisco regio in perpetuum applicetur, & ad illud vigore præsentis decreti ex nunc deuoluta intelligatur, quam Regia Maiestas, vel pro se retinendi, vel etiam aliis donandi, liberam habeat facultatem.

LVI.

20 I T E M, quòd si aliquæ mineræ auri, & argenti, salis, vel aliæ fodinæ in possessionibus Nobilium, vel aliorum possessionatorum, temporum processu reperientur, absq; debita competēti recompensa per Regiam Maiestatem non auferantur: sed si illas Maiest. sua habuere voluerit, pro possessionib. illis, in quibus huiusmodi mineræ habebuntur, alias æquè vtiles ac fructuosas dare debebat: alioquin tãummodo ius regale seu vrburas ad fiscum pertinentes percipi faciat, & possessiones ipsas simul cum omnibus suis vtilitatibus, prouentibus, & iuribus eisdem Nobilibus pacificè possidendas relinquat. *Bonf. p. 629. v. 15.*

LVII.

30 I T E M, conclusum est, quòd iudiciũ & iudicatus Comitatus Zagorienſis in Varsadino hætenus celebrati solitum, aboleatur, & amodò nullo vnquam tẽpore celebretur. Quòdq; causantes in illo Comitatu, ad sedē seu iudicium Banorum Sclauoniæ spectare teneantur & debeant.

LVIII.

40 I T E M, si qui hominum, cuiuscunque conditionis & præminentię existant, deliberatiuè homicidium perpetrauerint, omni redemptione semota interficiantur. Et si tales homines fugæ præsidio se defensauerint, vbicunque & quodocunque reperti fuerint, eandem pœnam incurrant, obseruato tamen iuris ordine, vt Comes, vel Vicecomites, & iudices Nobilium illius Comitatus, vbi talis homicida repertus fuerit, ipsi iusticiam iuxta regni consuetudinem administrare teneantur; & nemo tales in castro & domo sua, sub pœna de infidelibus, & aliis malefactoribus superius expressa, acceptare & admittere audeat. Si verò homicidium non ex præconcepta malitia, neque animo deliberato, sed casualiter, aut aliter inopinatè acciderit, occisor cum propinquis occisi liberam habeant concordandi facultatem.

LIX.

50 I T E M, diffinitum est, quòd si quipiam causantium siue coram Palatino, vel iudice curiæ, siue cæteris iudicibus ordinariis, Ecclesiasticis, videlicet, & secularibus, tempore octauarum in Byrsagiis, siue iudiciorum oneribus conuincerentur, ad solutionem huiusmodi onerum seu Byrsagiorum statim in fine litis per iudicem compellantur, & sic per sententiam finalem causa concludetur: Primò parti aduersæ de sua portione, & de bonis conuicti, satisfactionem impendere teneantur, & deinde ad partem suam iudiciariam cedendum, prout etiam hætenus obseruatum fuit, liberam exigendi habeant facultatem. Similiter etiam, si qui coram Comitibus parochialibus, in sede iudiciaria, in aliquo onere conuincerentur, infra quindenam, facta prius admonitione, soluere teneantur. Et si qui facere non

potuerint, vel simpliciter noluerint, Comites ipsi ad tanta bona & possessiones, quæ onus seu Byrslagium æquiualeant, liberam descendendi habeant facultatem.

L X.

ITEM, quia nonnulli causas, etiam exigui momenti, de sede & iudicio Benorum, Wayuodarum, Comitum, & Vicariorum aliorum, etiam iudicum ordinariorum, in curiâ regiam prouocare consueuerunt, vt scilicet partem aduersam longioribus, grauioribusq; litibus, laboribus, expensis, iniuriis, & damnis afficere, & vel sic grauare possint: pro quiete itaque, & releuamine regnicolarum, & potissimum oppressorum, & pauperum, communi consilio, voluntate, & assensu dominorum Prælatorum, Baronum, cæterorumq; regnicolarum, statutum & sancitum est, quòd si quispiam de cætero causam aliquam de præsentia cuiuscunque iudicis in curiam Regiæ Maiestatis prouocauerit, ibique iudicium prius factum, approbarum fuerit in duplo Byrslagio, in quo conuictus propter appellationem intelligitur, conuinci debet, ac eo facto, & immediatè per iudicem suum ordinarium irremissibiliter extorqueatur.

L X I.

CÆTERVM, solent nonnunquam partes in causis iudicisq; succumbentes eorū iudices calumniare, infirmare, & in eos iuriosè inuehi, quali eis non esset iusticia per illos administrata; propter quorum iniquam damnatam vociferationem plurima scandala, & alia malorum genera plerumque suboriuntur: proinde ad compescendam eorum linguam, communi omnium sententia decretum est, quòd nemo omnino magistrōs protonotariōs infamare, aut in eos iniuriosè inuehi audeat: sed si qui iniustum sibi iudicium factum dicant, ab illorum præsentia & iudicio cum honestate, honore & reuerentia ad Regiam Maiestatem, aut Palatinum, vel iudicem curiæ, aut eorūdem Palatini & iudicis curiæ vices gerentium, appellare debeant: quòd si quispiam præmissa facere non formidauerit, & linguam non compescuerit, atq; infamiam, qua magistrōs ipsos, aut eorum alterum afficiat, probare non poterit: extunc, vigore præsentis decreti, in eâ pœna de facto conuincatur, qua magistrōs ipsi conuinci deberent, si obiecta in eos, aut eorum alterum probare possent.

L X II.

PAG. 40. PRÆTEREA ordinatum est, prout etiam per Serenissimum quondam Ludouicum Regem diffinitum fuit, quòd si quis Nobilium ordine iudiciario, siue in facto potentionario succubitus duelli, siue in pœna calumniæ, vel delationis, exhibitionisq; falsarum literarum, aut sententiæ capitalis, siue alio quocunq; facto, in præsentia Palatini, & Iudicis curiæ, aut alterius cuiuscunque iudicis, conuictus fuerit: iudex causæ talem conuictum captiuare, & tribus diebus causa pacis & concordia detinere debeat. Et si concordare nequiverit, extunc ad manus aduersarii ad infligendam sibi pœnam, à iure statutam, & debitam, iuxta regni consuetudinem, assignet. Qui si huiusmodi conuicto mortem, vel aliquam pœnam à iure statutam intulerit: à iudice, & parte aduersa, sine solutione alicuius pecuniæ, vel grauaminis, absolutus habeatur. Quodque filii, fratres proximi, vxores, sorores, & consanguinei eiuscemodi conuicti & condemnati, pro illius excessu non debeant aggruari, ita quòd neque propriæ possessiones & portiones illius, neq; alia bona, demptis dumtaxat illis rebus, quæ apud ipsum tempore captiuationis reperientur, per iudicem auferantur, sed omnino in filios & hæredes siue generationes suas descendant, illiq; in eisdem bonis, possessionibus, domibus, & iuribus possessionariis salui, liberi, & quieti permaneant: hoc adiecto, quòd si præmissa modo conuictus & condemnatus cum suo aduersario qualitercunq; concordare poterit, id ei semper facere liceat: & pro huiusmodi concordia iudex nullum prorsus Byrslagium, aut aliquam aliam solutionem, vel ab ipso conuicto, vel etiam parte aduersa, capere & exigere possit, sed liberè, & absq; vlla penitus solutione, concordiam & pacem ipsam facere valeant.

L X III.

ITEM, quòd filius de delictis & excessibus patris, & è contra, nec in persona, nec in possessionibus, & aliis rebus condemnatur, aut aliter puniatur.

L X IV.

LXIII.

V I T E R I V S, quòd Episcopi, capitula, abbates, conuentus, præpositi, & cæteræ Ecclesiasticæ possessionatæ personæ, cum tribus literis inquisitoriis super possessionibus acquirendis, nisi Regia Maiestas destinatis probis viris, quos maluerit, experiatur, & informetur, inter Nobiles & Ecclesiasticos possessionem aliquam nec acquirere, nec retinere possent, nisi cum literis priuilegialibus Regiæ Maiestatis, aut iudicum vices gerentium suæ Maiestatis; prout hæc omnia tempore quondam Serenissimi Domini Regis Ludouici decreta & obseruata fuisse dignoscuntur.

LXV.

10 O R D I N A T V M insuper est, prout etiam in decreto Serenissimi Domini Sigismundi Imperatoris continetur, quòd violator sedis iudiciariæ in Byrsagio viginti quinque Marcarum, irremissibiliter extorquendarum, conuincatur eo facto.

LXVI.

I T E M, quòd minuti conuentus, & præsertim conuentus de Zenth Iob deinceps ab emanatione literarum cessent, & omnino careant firmitate.

LXVII.

20 I T E M, ordinatum est, quòd Regia Maiestas, cum consilio & voluntate Prælatorum & Baronum suorum, debeat in quolibet Comitatu aliquem Baronem, vel alium notabilem, & bene possessionatū hominem, qui scilicet sufficiens & idoneus videbitur, in Comitem parochialem præficere, & ille teneatur ex illo Comitatu, & non aliunde, notabilem aliquem pro vicecomite vel vicecomitibus eligere, qui omnes iuxta subscriptam formam iuramenti, iuramentum coram Regia Maiestate; vicecomites verò in ipso Comitatu præstare teneantur.

LXVIII.

30 I T E M, solent plerumq; exercituantes in eorum progressibus Ecclesias, propter cōmeatus, siue victualia, & alias res per colonos pro securitate ad easdem collatas, Dei & hominum timore postposito, violare, & inde non solummodo victualia necessaria, sed etiam omnia bona eorūdem colonorum surripere, & ibi alia etiam
40 enormia, & dictu quoque nefanda impunè committere; quare vt eorum temeritas & detestanda licentia compescatur, sancitum est, quòd amodò nemo omnino, siue eques, siue pedes fuerit, & siue cum exercitu, siue aliter, qualitercunque iter facere habeat, ostia Ecclesiarum infringere, vel aliter Ecclesias prophanare, aut victualia, vel alias aliquas res inde violenter accipere audeat. Vbi verò deinceps contrauentum fuerit, si capitaneus eiusmodi copiarum nobilis fuerit, tam iura sua possessionaria, quàm etiam omnia alia bona sua amittat, & ad fiscum regium deuoluta sint & habeantur eo facto. Si autem eiusmodi transgressores ignobiles fuerint, comburantur. Hanc verò executionem supremus capitaneus exercitus facere teneatur; qui si neglexerit, vel fortè ipsemet sanctionem istam transgredietur, auisata Regia Maiestas superinde, pro sua gratia, & iusticia, atque innata clementia executionem fieri demandet. Et si gentes illæ Regiæ Maiestatis fuerint, Ecclesiam reconciliare faciat; si verò aliorum fuerint, illi, quorum erunt, huiusmodi reconciliationem facere teneantur: hoc adiecto, quòd si tales exercituantes victualium inopia laborauerint, plebanus, aut iudex, aut villicus loci Ecclesiam aperire, & illis gentibus coram illo, quem capitaneus earūdem copiarum ad id deputauerit, pro iusto, digno & conuenienti precio & solutione, victualia de Ecclesia dare teneantur.

LXIX.

50 I T E M, quòd gentes huiusmodi in ipsorum progressu in domibus Nobilium nunquam descendere, & neq; res & bona colonorum, siue rusticorum, de domibus & curiis Nobilium violenter auferre & exportare præsumant. Transgressores verò eandem pœnam, quàm violatores Ecclesiarum, incurrant eo facto.

LXX.

C Æ T E R V M, quia archidiaconi, vicearchidiaconi, & plebani propter eorūdem insatiabilitatem, non contenti iustis & veris illorum prouentibus, quondam

detestandum, & extra hoc regnum inauditâ corruptelam, potissimum verò in Comitatu Simigiensem induxisse dignoscuntur, videlicet, quòd tum contigit aliquem quocunq; modo interfici, si etiam te status decedat, sepultura illi, & in Ecclesia, & etiã in cœmeterio interim negatur, donec vltra omnia funeralia, & alia pro locorum consuetudine & diuersitate in talibus fieri solita, vna Marca argenti, vel quatuor aurei soluantur: quæ res, quia non solùm abufio, & corruptela, verùm etiam quoddam sacrilegii & Simonix genus meritò cenferi potest: eam ob rem præfenti decreto statutum est, quòd amodò deinceps eiusmodi exactionis genus vbiq;, & signanter in dicto Comitatu Simigiensi cesset, & perpetuò aboleatur, & nemo archidiaconorum, vicearchidiaconorum, & plebanorum, & eorundem vices gerentium, sub pœna amissionis beneficiorum, extorquere præsumat, prout hoc etiam tempore quondam Serenissimi Domini Caroli Regis Hungariæ, in præfato Comitatu Simigiensi, per bullas Apostolicas, ad petitionem & instantiam eiusdẽ Domini Regis, cassatum & extinctum fuisse, ex eisdem bullis in præfenti congregatione regnicolarum publicè prælectis, manifestè dignoscitur.

LXXI.

ITEM, quia ex Comitibus sæpenumero vniuersitas Nobilium, interdum pro rebus totius Comitatus, interdum verò iussu Regiæ Maiestatis nuncios, & electos Nobiles ad Regiam Maiestatem mittere solent: nonnulli autem sunt tam spirituales, quàm etiam seculares domini, & item Nobiles, Abbates, Præpositi, capitula, & cõuentus, qui, instar aliorum, de bonis ipsorum expensas huiusmodi nunciis & electis dare recusant, & se ab huiusmodi expensarum contributione penitus subtrahunt: Quia in re vniuersitati Nobilium, & potissimum qui inferioris conditionis existunt, non mediocris iniuria inferri dignoscitur: quare præfenti decreto sancitum est, quòd amodò, omnes & singuli, cuiuscunq; status, & conditionis possessionati homines existant, & in quocunq; Comitatu constituantur, expensas per Comitem disponendas de bonis & possessionibus suis, ad rationem siue sortem eorundem, in medium Comitatus semper persoluere, & persolui facere teneantur, & debeant: demptis tamen illis dominis Prælatibus, Baronibus, cæterisq; possessionatis qui tempore congregationis ad Regiam Maiestatem nominatim & personaliter per literas vocabuntur. Verum tamen aliàs, cùm scilicet factum Comitatus agitur, quilibet contribuere teneatur. Renitentem autem Comes illius Comitatus, etiam cum grauaminibus, in talibus fieri solitis: hoc est cum onere triũ Marcarum leuis ponderis, compellere debeat, & teneatur.

LXXII.

ITEM, quia ad sedem iudiciariam Nobilium quorumlibet Comitatum causantes, & nonnulli alii, qui sede ipsam ingrediuntur, cum familiaribus & Iobagionibus armatis, & quidem maiori quo possunt numero intrare, & cæteros armis vel multitudine terrere solent: quare tum ex eo, quòd deinceps quilibet in eiusmodi sedem iudiciariam quietè, liberè, & sine omni metu, atq; periculi suspitione intrare, & ibi honestè, pacificè & absq; omni prorsus impedimento perseverare possit; tum verò ne leges inter arma, & iura silere videantur:

LXXIII.

CONCLUSVM est, quòd tam nobiles, quàm etiam eorum familiares, & Iobagiones sedem iudiciariam ingressuri, arma omnia, cuiuscunque generis existant, in hospitibus deponere, & inermes in ipsam sedem ingredi debeant, vt ibi non armis, sed iure contendendum noscant. Transgressores verò si ignobiles fuerint, Comes eorundem arma auferat, & insuper eosdem in cyponem ponat, ibiq; duobus diebus, & totidem noctibus, absq; esu & potu detineat. Si verò Nobilis extiterit, modo simili arma auferat, & insuper vnã Marcã grauis ponderis ab eodem extorqueat.

LXXIII.

ITEM, quia in nundinis, & foris hebdomadalibus, præterea & in tabernis, plurimæ hominum interemptiones, vulnerationes, verberationes, & item multæ

rixę, & infinita aliorum malorum genera cōmitti consueuerunt (furor siquidē ubiq; arma ministrat) idcirco vt deinceps etiam huic malorum generi debita prouisione occurratur, consimiliter statutum est, quòd omnes, & singuli, cuiuscunq; cōditionis existant, ad nundinas, fora, & tabernas proficilcentes, arma omnia in hospitiiis deponant, & inermes ad emendum, vendendum, & bibendum proficiscātur, ibiq; pœna sub eadem uiuant & commorentur pacificè.

LXXV.

QVIA in superioribus articulis, quanta Comes parochialis in executione iustitię agere habeat, planè declaratur; vt tamen debito modo, & sine aliquo impedimento officium suum exequi valeat: statutum & diffinitum est, quòd quicumque contra Comitem, aut Vicecomitem, in eiusmodi executionibus insurgerent, & eidem vim inferre præsumerent, sicque ipsum coercerent, quòd iustitiam, quam executioni demandare deberet, exequi non possit: extunc tales, scita tamen prius mera rei veritate, nota infidelitatis multentur. Si verò serui vel rustici fuerint, ipsos domini eorumdem, sub pœna viginti quinque Marcarum, in manus Comitum ad dignam eisdem pœnam infligendam, dare & assignare teneantur, & insuper de innocentia, quòd scilicet non de eorum voluntate & commissione id actum sit, iuxta regni consuetudinem se purgare & debeant, & teneantur. Si autem serui vel rustici perpetrato facinore aufugerint; Comes pro iniuria ei illata illos perquirat, & nihilominus domini eorum, vt præsertur, de innocentia se purgare teneantur.

LXXVI.

ITEM, quia de iudicibus ordinariis frequenter mentio fieri solet, & dubitatur à plurimis qui sint & intelligantur iudices illi, idcirco declaratur hęc per expressum, q̄ iudices ordinarii sunt in primis Palatinus, deinde iudex Curię, & postmodū Secretarius, Cancellarius, si præsens fuerit: sin autem, locum tenens, hoc est, qui sigillum iudiciale Regię Maiestatis pro tempore tenet. Appellantur autem iudices ordinarii, quia quamlibet causam discutere, & ipsi soli, eorumq; Vices gerentes ad sedem iudiciariam non vocati intrare, & etiam alios, si quos pro testimonio aut alia re volent, aduocare possint. Isti autem subscripti, videlicet Magister Tauernicorū, magnus Seneschalcus, Banus Dalmatię, Croatię, & Sclauonię, & Waywoda Trāsylvanus non censentur iudices ordinarii, & idcirco ad sedē iudiciariam Regię Maiestatis non vocati, intrare non debent, neque tenentur: sed tamen ex quo sunt iudices, & officiales iurati, si quando sponte intrare voluerint, siue Regia Maiestas præsens sit, admitti, & locum honorificum semper habere debent: quorum etiā protonotarii & in iudiciis Vices gerentes similiter admitti debent: neminem tamen ad ipsam sedem iudiciariam, sine permissione & annuentia prædictorū trium iudicum ordinariorum, vocare poterunt: hoc per expressum declarato, quòd præfati iudices ordinarii, etiam in absentia Regię Maiestatis, sine istis aliis omnia iudicia liberè facere possunt. Vt autem iudicia cum honestate, grauitate, & maturitate, sine scilicet aliquo rumore, tumultu, strepitu, & turbatione celebrari possint: statutum est, quòd fores domus iudiciarię semper pateant, & nemo, nisi vocatus, intrare audeat. alioquin transgressor pœnam aliās superinde decretam, hoc est, centum aureorum, incurrat, pro quibus statim capiatur, & in turri manica, vsq; ad restitutionem, teneatur.

LXXVII.

ITEM, solent procuratores, lucri gratia, plurimarum personarum causas suscipere, & satis negligenter ad earum defensionem attendere, nullumque casum facere, si quando eorum principales in Byrsagiis conuincantur, & hoc potissimum ex eo, quòd antiqua consuetudine Byrsagia huiusmodi, tempore dumtaxat celebrationis iudiciorum generalium, extorquere solebant: cum verò huiusmodi iudicia generalia, prout superius tactum est, abolita sint, & deinceps nunquam cele-

brentur: idcirco ordinatum est, quod deinceps nullus procuratorum, plurium quàm quatuordecim personarum causas suscipere & supportare audeat. Vbi autem in Byrsagiis conuincuntur, statim post finem litis, & causæ decisionem, de bonis & possessionibus sui principalis, tam ad partem iudicis, quàm etiam aduersarii, statuuntur.

LXXVIII.

ITEM, quòd omnes causæ & lites, quæ hætenus super quibuscunq; rebus & negociis motæ sunt, eodã ordine, & processu iuris, quo huc vsq; consuetum fuit, prosequi, terminari, & finiri debeant; ita videlicet, quòd præscripti articuli solummodo de futuris, & non de præteritis confecti intelligantur.

LXXIX.

ITEM, conclusum est, quòd si qui cuiuscunq; conditionis, siue scilicet Ecclesiasticæ, siue seculares personæ existant, causarentur, & priuilegia sua per Turcas, Bohemos, Polonos, Teutones, vel alios quoscunq; hostes & æmulos ablata aut igne consumpra, & deperdita fuisse, vel etiam si quispiam Ecclesiasticorum allegarit Ecclesiam suam apud laicales manus, prout nonnunquam factum est, diu tentam fuisse, & tum per ipsos laicos iuribus & priuilegiis spoliata, vel aliter defraudatam fuisse, si tales ad literatorium mandatum Regiæ Maiestatis, vel requisitionem aliorum iudicum ordinariorum, cum Nobilibus illius Comitatus, in quo bona illa, super quibus iura & priuilegia amissa causabantur, in rebus à sexaginta annis, vel citra, ita actum esse comprobare poterunt, eiusmodi cõprobatio & attestatio Nobilium semper, & in omni iudicio, pro principali & capitali priuilegio teneatur, & reputetur.

LXXX.

ITEM, quòd seculares personæ contra Ecclesiasticas, in iudicio, in maiori onere non conuincantur, quàm Ecclesiasticæ contra seculares conuincuntur.

LXXXI.

ITEM, ordinatum est, vt omnis scrupulosa suspicio, quæ contra iudices, & iustitios regni, & item Comites, vel Vicecomites, iudices Nobilium, atq; etiam electos Nobiles, cæterosq; officiales, de fauore vel odio concipi posset, de cordibus quorumlibet remoueat, iuxta decretum Serenissimi quondam Sigismundi Imperatoris: statutum & sancitum est, quod perpetuis semper successiuis temporibus omnes iudices & iustitiiarii regni, tam Ecclesiastici, quàm seculares, qui videlicet in Palatinum, iudicem curiæ, Magistrum Tauernicorum, Cancellarium, aut vicecancellarium, in protonotarium, seu vicesgerentem iudicum præactorum, & etiam assessorum eorundem, Banum Sclauoniæ, Waywodam Translyuanum, & in Comites quorumlibet Comitatum, aut iudices Nobilium eligentur & assumuntur, eorundem vices gerentes, & sumpti, tempore assumptionis ipsorum ad huiusmodi officia, in cõspectu Regiæ Maiestatis iuramentum honestum, de seruanda fidelitate, & administranda iusticia præstare debeant. Vicecomites tamen & iudices Nobilium coram suo Comitatu huiusmodi iuramentum præstare teneantur.

LXXXII.

Forma verò iuramenti sequitur in hac verba.

Ego T. de T. iuro per Deum viuum, & gloriosam Dei genetricem, virginem Mariam, & per omnes sanctos, & electos Dei: quòd omnibus coram me causantibus, & in òmni negotio, quod ad officium meum pertinebit, absque cuiuscunq; personæ, diuitis scilicet & pauperis, † exceptione, prece, præmio, fauore, timore, odio, amore, & complacentia remotis, & postpositis, prout secundum Deum & eius iustitiam faciendum cognouero, iustum & verum iudicium, iustitiam, atq; executionem omnibus in rebus, pro meo posse faciam: sic me DEVS adiuuet, & omnes sancti.

LXXXIII:

LXXXIII.

CÆTERVM, in redemptionibus literarum capitularium, & conuentualium, nec non super satisfatione viarum, seu laborum, quos testimonia capitulorum & conuentuum in executionibus facere habent, ne discordiam oriri contingat: conclusum est, quòd in hac parte seruetur limitatio tempore Serenissimi quondam Sigismundi Imperatoris facta, & tandem per Regiam Maiestatem tempore foelicis coronationis confirmata; ita videlicet, quòd in omnibus locis, tam capitularibus, quàm conuentualibus, prima, secunda, & tertia euocatoria in capitulo, aut conuētū, simul cum eorum notario & scriptore, pro redemptione literarum recipiantur, seu soluantur singuli viginti quatuor denarii, quorum centum vnum aureum faciunt.

LXXXIV.

ITEM, pro literis prorogatoriis denarii quatuordecim. Item, pro quibuslibet literis prohibitoriis, protestatoriis, & aliis similibus, si patenter emanarunt, denarii viginti quatuor: si verò clausæ, denarii duodecim. Item, de quibuslibet literis fassionalibus priuilegialiter emanatis, denarii centum; patenter verò denarii viginti quatuor. Itē, pro quibuslibet literis inquisitoriis, siue patēter, siue clausè, denarii viginti quatuor. Item, de paribus antiquarū literarum in conseruatoriis requisitarum custodi seu requisitori pro se, denarii cētum: & pro redemptione literarum requisitarum, si non habeant multum de scriptura, & patenter confectæ fuerint, denarii viginti quatuor. Si verò labor scribentis fuerit magnus, & literæ priuilegialiter confectæ, denarii cētum. Item, de simplicibus transcriptis, seu transumptis literis, patenter emanatis, vbi labor scribentis magnus nō fuerit, denarii viginti quatuor: vbi autem literæ fuerint prolixæ, aut priuilegialiter emanatæ, denarii centum. Item, de literis statutoriis, in quibus contradictio facta fuerit, denarii viginti quatuor. De literis verò statutoriis perpetuis, in quibus contradictio facta non fuerit, recipiatur redemptio secundum quātitatem possessionis, & numerum sessionum modo subscripto, videlicet de sessione vna, duabus, vel tribus, vel quatuor, in toto denarii cētum: Vbi autem fuerint vltra quatuor sessiones, vsq; ad decem, de qualibet sessione denarii viginti quatuor. Vbi verò fuerint vltra viginti, de qualibet sessione denarii viginti quatuor. Vbi verò fuerint vltra viginti, vsque centum, de qualibet sessione denarii duodecim. Si verò fuerint vltra centum, vsque quaque de qualibet sessione denarii octo. Item, de literis reambulatoriis metalibus, in quibus contradictio & euocatio facta non fuerit, viginti quatuor. In reambulationibus autem metalibus, in quibus simplex consignatio, vel cum hominibus Regiis, de curia Regia transmissis, similis consignatio, vel finalis metarum erectio, cum iuramento super terrā in forma iudiciaria, aut partibus concordatibus facta fuerit: pro redemptione literarum denarii quadringenti. Vbi autem partibus in huiusmodi reambulationibus & demonstrationibus metalibus discordantibus, causa ad curiam Regiam inducta fuerit, tunc pro redemptione literarum talium denarii ducenti. Item, de communi inquisitione ordine iudiciario commissa, denarii centum. Item, de reuisione possessionaria occupationis, denarii centum. Item, de occupationibus possessionariis hominum in sententia capitali conuictorum, & rerum ablationibus, iudiciaria cōmissione mediante, fiendis, de rebus ablatis ex antiqua consuetudine capitulū habebit decimam partem: pro redemptione literarum, denarii centum. Item, de estimationibus possessionariis, iudiciaria cōmissione fiendis, denarii centum. Item, de possessionariis diuisionibus, de singulis possessionibus diuisis, singuli denarii centum. Item, de expeditoria iuramentali continente nomina coniuratorum, denarii centum.

LXXXV.

ITEM, de solutionibus pecunialibus coram capitulis, vel conuentibus, vel eorū testimoniis fieri solitis, capitulum seu conuentus decimam & nonam partem exigere non possint, nisi quando propter discordiam partium, in eorum sacristiis, seu

conseruatoriis, huiusmodi pecunię repositę fuerint: De talibus, nempe, de iure, decimam & nonam partem recipere possint, ad illius tamen partis rationē, quę causam dederit pecuniam huiusmodi in conseruatorio reponendi. Personis autem testimonialibus capitulorum vel conuentuum, pro singulis diebus, quibus in itinere processerint, soluuntur singuli duodecim denarii, siue in propriis equis, siue in equis causantium transferint, & ducantur, & ipsos ad facta sua conducentes, simul cum equis, & familiaribus eorum de domo iterum in domum semper ducere debeant, & teneantur reducere.

LXXXVI.

PRÆTEREA, ex quo in iudiciis, in curia Regia fieri consuetis, coram iudicibus ordinariis eiusdem curiæ, ac eorum notariis, supra dictæ literæ, & redēptiones earum necessariò currunt; ideo ad tollendam cuiuslibet altercationis occasionē, quę inter ipsos notarios, & causantes emergi posset, antiquam consuetudinē redemptionis literarū, modo subscripto, duximus similiter declarandam, videlicet, quod in ipsa curia Regia, notariis ipsius curiæ iudicis, de vnis literis prorogatoriis soluantur denarii duodecim. De literis iudicialibus seu Byrsagialibus, similiter denarii duodecim. De simplicibus literis inquisitoriis, similiter duodecim. De secunda euocatoria, denarii viginti quatuor. De tertia euocatoria, denarii centum. De proclamatoria, denarii centum. De literis iuramentalis, de tertio vel sexto si alicui adiudicata, denarii viginti quatuor. De eo qui iurabit duodecimo, vel vigesimo quinto, aut quinquagesimo se, denarii centum. De communi inquisitione, denarii cētum. De litera duellari, denarii ducenti. De iuramentali super caput, denarii ducenti. De prima instrumentali exhibitione, denarii viginti quatuor. De secundaria, & tertiaria instrumentorum exhibitione, cum grauamine assumpta, similiter denarii viginti quatuor. De prorogatoria respōsione cum tribus Marcis denarii viginti quatuor. De literis prorogatoriis patentibus, denarii viginti quatuor. De literis fassionalibus cōmunibus, denarii viginti quatuor. De aliis literis generalibus, videlicet prohibitoriis, & similib. denarii viginti quatuor. De prohibitoriis facie ad faciē, denarii cētū. De literis sententionalibus facti potētionalis cōseruatori sigilli, floreni decē per centū: Scriptori autē denarii ducēti. De literis statutoriis & reābulatoriis simplicibus, denarii viginti quatuor. De literis autē adiudicatoriis reobtētionis possessionis, seu aliarum rerum, iuxta quantitatem possessionis, seu rei reobtētæ habita cōcordia inter causantem & protonotarium, fiat solutio. Statutiones autem possessionarias, metarum perambulationes, & reuisiones aliter facere non debeant, nisi vicinis commetaneis huiusmodi possessionum legitimè ibi conuocatis, & vt fraus & dolus in talibus melius euitetur, nomina singulorum vicinorum & commetaneorum, tempore præmissorum processuum illuc principaliter conuenientium, in literis capitularibus & conuentualibus superinde emanatis, seriatim conscribantur.

LXXXVII.

POSTREMO, conclusum est, quòd Regia Maiestas præscriptam ordinationem, quoad omnes clausulas, capitula & puncta, per quoscunque inconcussè obseruari faciat, transgressorem sic emendet, puniat, & castiget, quo regnicolæ, sicuti eam ipsam ordinationem pari & vnanimi omniū consensu, voluntate & consilio, maturaq; deliberatione fecerunt: ita omnes Maiestati suæ meritas gratias agere valeant. Quos quidem articulos, siue capitula, nos Matthias, Rex præfatus, cum supra dictis dominis Prælatibus, Baronibus, Proceribus, & cæteris Nobilibus electis, totum hoc regnum repræsentantibus, & in præsentem generali diata nobiscum existentibus, matura præhabita deliberatione, quoad omnes eorum continentias de eorum dominorum Prælatorum, Baronum, Procerum, & totius Regni consilio, voluntate & assensu, pro perpetuo Regni ipsius decreto, & statuto, nec non iure scripto tenendum, & durandum sancimus, stabilimus, authorisamus, authenticamus, & affirmamus, atque ad eorundem obseruationem vniuersos successores nostros Reges, & item totum hoc Regnum sic obligamus, vt nullo vnquam tempore,

porè, neque scilicet in nouorum Regum electione, vel coronatione, sed neque in diætis, seu congregationibus generalibus vel particularibus regnicolarum, quicquam ex illis varietur, seu immutetur, sed in omnibus clausulis & punctis inconcussè & inuiolabiliter obseruentur. In cuius rei memoriam, firmitatemq; perpetuam, articulos ipsos in præsentem libellum conscriptos, & insertos de eorumdem dominorum Prælatorum, Baronum, & Nobilium, ac totius regni voluntate, & cōsilio, secreti sigilli nostri, quo ut Rex Hungariæ utimur, appensione fecimus communiri. Datum Budæ per manus reuerendi in Christo patris, domini Ioannis Episcopi Ecclesiæ Waradiensis, aulæ nostræ Secretarii, Cancellarii dilecti; & fidelis
 10 nostri, Anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo sexto, in festo conuersionis Beati Pauli Apostoli: Regnorum nostrorum anno, Hungariæ, & c. vigesimo nono, Bohemiæ verò decimo nono.

VENERABILIBVS in Christo patribus, dominis, Ladislao Gereb, electo, & confirmato Albenfi Transsylvaniæ, Apostolicæ sedis legato, Strigoniensi sede vacante, Petro Archiepiscopo Colocensi, Gabriele Cardinale Agriensi, præfato Ioanne Waradiensi, Osualdo Zagrabiensi, Sigismundo Quinqueecclesiensi, Urbano electo & confirmato Iauriensi, summo thesaurario nostro, Alberto Wesprimiensi, Ioanne Chanadiensi, Nicolao Waciensi, fratre Gregorio Litriensi, Ioanne Sirmiensi, & Matthia electo Boznensi, Ecclesiarum Episcopis, Ecclesias Dei fœliciter
 20 gubernantibus. Item Spectabilibus & Magnificis Emerico de Zapolya, Comite perpetuo terræ Scepusiensis, & prædicti regni nostri Hungariæ Palatino, & Comite Stephano de Bathor, iudice Curix, & Waywoda Transsylvano, Matthia Gereb, regnorum nostrorum Dalmatiæ, Croatiæ, & Sclauoniæ Bano, Ladislao Pakos Tauernicorum nostrorum, Andrea de Zokol, & Francisco de Haraztii Zeweriën Banis, Wilhelmo Comite Zagoriæ Dapiferorum, Georgio de Turocz Pincernarum, Ladislao Orzag de Guth Agazonum nostrorum regalium Magistris, Paulo Kyniz Themensiensi, & Nicolao Banfi de Lindua Pofoniensi, aliisque quàm pluribus regni nostri Comitatus tenentibus, & honores.

D E V R B V R I S O B I T E R Q V I D D A M

E X V E T . C O D I C E .

CERTA res est, & per multa regeſta, ac alia documenta probari potest, quod Reges Hungariæ, ab eorum montanistis, receperunt vrburas, hoc est, de singulis mineris auri, argenti, & cupri habuerunt decimam partem, & quoties Rex habuit decimas partes huiusmodi minerarū, toties diuisit, & dedit Archiepiscopo Strigoniensi vnā partem, & vocabatur ista datio decima decimæ, & durauit huiusmodi exactio vrburarum vltra centum annos; quoniam quod semel inscribitur regeſtis Regum & Archiepiscoporum, non ita citò obliuioni traditur. Et cum iam præfata vrburarum repositio à multis vt præmissum est, annis fuisset continuata, & montanistæ præuia ratione cum eorum argento à toto eo tempore fuissent liberi, ita vt cuicumque voluerunt, illud diuendere potuerunt, sine aliqua multa Regis & Camerariorum. Postquam autem sæpe dicti Reges & Archiepiscopi per nonnullos montanistas sæpe sæpius fuissent decepti in eo, quòd non bonas mineras, sed aliquando vilissimas deposuerunt, quas postea cum comodo & vtilitate non potuerunt conflare; ex crebra itaque vtilitate, mutatione, & varietate minerarum permoti, nolentes diutius decipi & damnificari, adhibuerunt in consilium Prælatos & Barones, & concluderunt, quòd Reges regni
 40 Hungariæ futuris temporibus à dominis montanistis & montanis non vrburas huiusmodi minerarum, sed more aliorum regnorum, totum lucrum Camerarum pro seipsis retinerent, ita tamen, vt stolnas hæreditarias & aquæ ductus omnes pro conseruatione regalium montanorum, suis impensis debito intertenerent: & sæpe satis Archiepiscopis de singulis marcis pagamenti monetæ, pro
 50

tempore currente singuli vnum pisetum exoluerent, prout & hodie fit, & iam plus quàm à centum annis inconcussè obseruatum est. Et postquam Reges & Archiepiscopi in antiquissimis eorum regeſtis & priuilegiis inueniunt vocabulum vrburarum, à tot, vt præmissum est, annis eorum prædeceſſoribus solutarum, fatagunt illas sæpius, sed frustra, ex nouo à montanistis extorquere, & sic vni boui duas cutes per indirectum, & contra naturam detrahere, ac si nescirent antè dictam limitationem, per regnicolas factam, & iam à tot annis irreuocabiliter obseruatam; alioqui tot Reges & Archiepiscopi auri & argenti cupidissimi, per omnia grauamina, imò etiam varias excommunicationes, & personarum detentiones, illas nomine almæ Ecclesiæ Strigoniensis à Montanistis extorsissent: auri enim sacrafa-
 mes quid non mortalia pectora vexat? Imò præfati Archiepiscopi fuerunt iurati, 10
 vt prouentus iam dictæ almæ Ecclesiæ Strigoniensis, si qui essent ab eadem auulsi, vellent omnibus modis recuperare, & sæpius præuia ratione hoc conati sunt, sed repugnante iustitia, oleum & lampada perdiderunt. Nam fallitur augurio spes
 bona sæpe suo, &c.

F I N I S.









CONFINIIS
E REBUS
VNGARIC

Nº
6
119